de penis alioꝝ: vobis risum facientes. In rebus pessimis exultantes. Presentibus ad abusum leticie abutentes. De Primo Job.xx. Si flagellat: occidat semel, & nō de penis innocentū rideat. De Secūdo Prouerbioꝝ.xij. Letantur cum malefecerint: & exultant in rebꝰ pessimis. De Tertio Sapꝫ. ij. Non sit pratum quod nō pertranseat luxuria nostra. nemo sit exors luxurie nostre: vbiq; relinquamus signa leticie. [Ve ergo vobis qui ridetis] Bonos in derisum habentes. Cantica de eis facientes. De probis bonoꝝ vobis risum facientes. De Primo Sapie. v. Vi sunt quos aliquādo habuimus in derisum & in similitudinē improperij. Psal.xxj. Omnes videntes me deriserūt me. locuti sunt labijs: & mouerūt caput. De Secundo Job xxx. Nunc in eorum canticū cōuersus sum: & factꝰ sum illis in puerbium. Psal.lxviij. In me psallebant qui bibebāt vinum. Hoc est: ebrij temporali tocūditate. Bonos habent in psalmo cārici Threnoꝝ.iij. Ego sum psalmus eorum. De Tertio dicit Matth.xxvj. q̄ velabāt facie domini & colaphizabant eum: facientes sibi ludum & risum. De Prophetis domini Luc.xxij. Spreuit autem illum herodes: & remisit ad pilatum. [Ve ergo vobis q̄ ridetis] Alto cachinno os dilatatis. Vanitates cordis: oris inordinata dilatatiōne promittis. In ceptam letitiam risu dentium in malum exemplum exhibebis. De Primo Prouerb.xxvij. Qui benedicit, primo suo voce grandi denocte consurgens: maledicēti similis est. Benedicens: hic primo suo: & adulator: cachinnis voce grandibus (alꝰ grandi) extollens malos. Et ille nō modo similis: sed etiā peior est maledicētē. Bonus enī homo nō cachinnis: sed moderate vir rider. Eccl.xxj. Faruus: in risu exaltat vocē suam: sapiēs autē vix tacite ridebit. De Secūdo Eccl.xx. Risus dantū & incessus hominis annūciat de eo. De Tertio Eccl. vij. Cor sapientū: vbi tristicia. & cor stultū: vbi letitia. Ad Ingressus enim letitias inuitauit stultos. Sapi.xiiij. Dū letant insanitū. aut certe vaticinant falsa. aut periurant cito. Dec enim omnia accidūt ineptę leticia ridentibꝰ. quia insanitū mentis abductione. Vaticinant sibi futura que nō euenient. Extra modum & morē: facile peierāt. [Ve ergo vobis qui ridetis] Quia ridendo erratis. Magꝭ flere debentes. Quia Risus vester mala ꝓscientia est permixtus. Quia Risus vester breui fine & dolore cōcludetur. De Prio dicit Eccl.ij. Risum reputaui errorem. gaudio dixi quid frustra deciperis? De Secundo Prouerb.xiiij. Risus dolore miscebitur. & extrema gaudij luctus occupat. De Tertio Job.xxj. Infantes eoꝝ exultāt lusibus: tenēt tympanum & citharā. & gaudent ad sonitū organi: & in puncto ad inferni nouissima descendūt [Ve ergo vobis qui ridetis] Quia Christo dissimiles: Factis sanctoꝝ nihil conforme habetis: & Ordinē verum puerilis in eo q̄ nunc rideris. De Primo Non legit q̄ vnq̄ dominus riserit: sed fleuit cuitactis insane exultatiōnē. Luce.xix. Videns dominus ciuitatem hierusalem: fleuit super eam dicēs. Quia si cognouisses & tu. De Secundo ōr̄ dns de omnibus sanctis. Mundus gaudebit: vos autē contristabimi. Joā.xvj. De Ordine: autē q: antea flendum est: & postea gaudendū. Cum dicet seruo fideli Intra in gaudiū domini tui. Matth.xxv. Nunc autem ordo nendū est Psal.cxxv. Euntes ibant & flebant mittētes semina sua. Uenientes autem venient cum exultatiōe: portātes manipulos suos. j. Pet.j. Prenunciās eas que in christo sūt passiones & posteriores glorias. Luc.xxiij. Nonne sic oportuit chm̄ pati: & ita intrare in gloriā suam? Unde Prouerb.vi. de forti muliere dicit. Ridebit in die nouissimo. Psal.xciij. Scōm multitudinem doloꝝ meoꝝ in corde meo consolationes tue lenificauerūt animam meam. Ue ergo vobis [qui ridetis: quia lugebitis & flebitis] Luctus quidē in culatu: & fletus in lachrymatione. Non q̄ ab impijs in inferno aliq̄d resoluatur. Sed quia dolor & cōstrictio cordis in tristitia: fletus est: Et fletus vocat. Mat.xiij. Ibi erit fletus & stridor dentium. Sicut enī in cachinnis inordinate dilatauerūt os. Ita improperiū & inuectas os oppilabunt. Improperiū quidē i exprobratione peccati. Esa.lvij. Filij auguriatricis semē adultere & fornicarie. Sup quē lusistis & dilatastis os: & eiecistis linguā: Ecce dura exprobratio. Psal cvj. Omnis iniquitas oppilabit os suū. Ecce Oris oppilatio. j. Regum.ij. Impij in tenebris conticescent. Filij autē sunt auguriatricis in vana diuinatione quam sibi de ꝓsperitate diuinauerūt. Semē adultere que ad verū animę sponsum superduxit alienū diabolum. Semen fornicarie que nescīuit gaudere nisi in presenti libidine. Erit autē luctꝰ de absentia omnis gaudij. & de ꝓsentia omnis tristicie: & erit fletus de incēdio & fumo & infelicitate separationis a consortio beatoꝝ. De Luctu Hiere. vj. Luctum vnigeniti fac tibi planctus amarū. da repente veniet vastator super vos. De Fleru autē Esa.xv. Descēdet in fletū: & clamabit esebon & eleale vsq; tasa audita est voꝝ eoꝝ. Esebon interpretatur cingulū tristicie vel cogitatio meroris. Et significat: quia cingunt meroze. eo q̄ in ꝓsenti vita & meroze futuro nihil cogitauerūt Eleale interpretatur cōdescensio. Et significat qui simul ab altitudine cordis descēdunt in foueā perditionis. Horū clamoꝝ peruenit vsq; tasa. Quod interpretat factura mandati. hoc est: vsq; ad electos: ad quos clamabunt. quia illi mandata ꝓcerūt: sed nō apud eos misericordia non inuenerūt. Et erit dolor eorū incomparabilis & fletus: quādo fletus perpetuꝰ cis indicit. & sancti consolabuntur. Sicut dicit Apocal'.xxj. Absterget deus omnem lachrymā ab oculꝰ eoꝝ. & iam nō erit amplius: neq; luctus: neq; clamoꝝ: neq; vllus dolor. quīa prioza trāsierūt. Et hoc est quod dr̄ Esaie.lxv. Serui mei letabunt: & vos cōfundemini. Ecce Serui mei laudabūt ꝓ exultatione cordis. & vos clamabitis ꝓ dolore cordis: & ꝓ contritione spūs vlulabitis. Sequit.

**Ue cum benedixerint vobis omnes homines. Scōm hec enim faciebant prophetis patres eorum.**

Sicut in ꝓbabitis posuit Beatitudinē in ꝯ q̄ accepto ꝓposito mali ꝙ pſecutōes bonos auertē re nō possunt. Ita hic per contrarium ponit Maledictionē. eo q̄ Mali in malicia p adulatiōes fouentur et blādicias. Dicit aūt Tria. Maledictiō nis interminationē. Demerita spēm. et Exemplum ꝓbans eoꝝ damnationē. Maledictio quidem in hoc q̄ dicit. Ve vobis. Eterne dānatiōis interminatio. Hoc(al's hec) em̄ est maledictio. Job. iij. Qui post hēc dixit. Pereat dies in qua natus sum: et multas interminationes illi dici maledictionū inflixit: Subiunxit. Cur em̄ exceptus genibo. Cur lactat⁹ vberibus: Peccatū em̄ quasi genibo excipitur: quando fauor laudantiū sustentatur. Ad vbera autem lactat quando blanditijs adulatoꝝ fouetur. Ve ergo vobis cum vobis benedixerint. in peccatovos fouētes. omnes homines. humū sapientes. Quia Illi non laudant nisi similes sibi peccatores. Quia Illi nō laudāt nisi vitia peranda. Quia Illis nō placēt nisi mala. De Primo Psal. ix. Laudat peccatoꝝ in desideriis aīe sue: et iniquꝰ benedicit. De Scō Malach. ij. Maledicam benedictionib⁹ vestris. et maledicā illis: quoniam nō posuistis super coꝝ. Ut sęz discerneret q̄d laudari deberet vel vituperari. De Tertio Psal. liij. Confusi sunt qui hominib⁹ placent: quoniā deus spreuit eos. ad Gala. j. Si adhuc hoib⁹ placerem: chr̄i seruus nō essem. Ve igitur vobis cū benedixerint vobis homines. Quia Dicit bonū malum: et malum bonū. Quia Benedictōnis non habēt sacramentū. Quia Dei irrisio est ad benedictiones eoꝝ. De Primo Esa. v. Ue qui dicit malum bonū: et bonū malum. ponētes tenebras lucem: et lucem tenebras. ponētes amarum in dulce: et dulce in amarū. De Scō Psal. cviij. Maledixerunt illi: et tu benedices. induant qui derabūt mihi pudore. Quomodo ei habet benedictionis sacramentū. De quo dr̄ Psal. eodē. Dilexit maledictionem: et veniet ei. noluit benedictionē: et elongabitur ab eo. De Tertio aūt Proverb. j. Ego em̄ in interitu vr̄o ridebo et subsannabo cū vob id q̄ timebatis aduenerit. Ista est via Balaam. Nume. xxij q̄ maledicere tentauit: quibus benedixit deus. et benedicere illis quibus deus maledixit. Ve ergo vobis cum vobis benedixerint omnes homes. Quia Vos benedicēdo: decipiūt. Quia Ipsos cōfortatis impediūt. Quia Vos ab humano sensu auertunt. De Primo Esa. iij. Populus meus qui te beatū dicunt: ipsi te decipiūt. et viam gressuum tuoꝝ ipsi dissipant. De Scō. iij. Reg. vlt. vbi spūs mendacij nō permisit Achab cognoscere se ipm donec interfectus est. Esaie. xxx. Loq̄mini nobis placētia: videte nobis errores: cessate a facie nostra sanctus isr̄l. De Tertio est exemplum Dan. iij. Ubi lingue adulatoꝝ benedictionū: nabuchodonosoꝝ auertērūt ab humano sensu: q̄ putauit se esse deū. et ideo in bestiā coꝝ eius cōmutatus est. Ve ergo vobis cū benedixerint vobis omnes hoies. Quia Nō benedixit nisi bis q̄ sibi displicuit. Quia Mercede vili illa benedictio emit. Quia Benedictio illa: in vilis hois ꝓtēt: voluntate collocat. De Primo Mich. iij. Seducūt ꝓpl'm meum et ꝓdicāt pacē. etsi quis nō dederit in manibus eoꝝ: sanctificāt sup eū plū. De Scō Ezech. xiij. Violabūt me ad pl'm meū. ꝓter pugillū hor dei et fragmen panis: vt interficerēt aias que non morīunt: et viuificarēt aias que nō viuūt. De Tertio patet. q̄ ille benedicat et laudat si vult. Etsi non vult: nō benedicat sed maledicat. Et ideo dr̄. Psa. cviij Deus laudē meā ne tacueris. quia os peccatoris et os dolosi sup me apertum est. Q. d. Ti. In oze tuo tota (al's: tota) est laus mea. Os dolosi nō vult laudare. Quinimo p eo vt me diligerēt detrahebāt mihi Psal. cj. Qui me laudabāt aduersum me iurabāt Hodie laudat. et cras in perariū iurat. Ue ergo vobis cum benedixerint vobis oēs hoies. sm hoc sęz laudando vituperādos. faciebāt ꝓphetis ꝓpseudo ꝓphetis. De quib⁹ dicit Ezech. xiij. Quasi vulpes in desertis ꝓphete tui isr̄l. Mieree. v. Stupor et mirabilia facta sunt in mūdo. ꝓphete ꝓphetabāt mendaciū. et sacerdotes applaudebant manib⁹. et pl'us meus dilexit talia. Tales ei ꝓphete maxime adulatores fuerūt. Ezec. xiij. Ue q̄ cōsuunt pulvillos sub oēm cubitū manus: et faciunt cervicalia sub capite vniuerse carnis ad capiendas anias. Quidā em̄ in peccat⁹ iacent: ꝙ podiari ad cubitū. quoꝝ est aliqua mēsura peccatorum. Quidā aūt in peccat⁹ tori iacent. ꝓstrati et supini. Consuūt aūt sub cubitu pulvillos qui mollia blandientes benedictionib⁹ suis: illos in peccato detinēt Cervicalia aūt supponūt q̄ mollib⁹ (al's molliter) blandiūnt bis q̄ in pfundo iacent peccatoꝝ. ꝓpter eoꝝ. Non tā generatiōe carnis q̄ imitatione adulatorie benedictionis. Sap. iij. Et iniquis omnes filij qui nascent: testes sunt nequicie aduersus parētes in interrogatōe sua. Tu. iij. Genima viperarū. Sap. xij. Nec⁹ est generatio eorum et naturalis malicia ipsoꝝ: et nō poterat immutari i perpetuū. Semen em̄ erat maledictū ab initio.

## Sed vobis dico qui auditis Diligite inimicos vestros.

R

Positis his que a ꝓsentibus deuāt desideriuꝫ ad eterna: tangit Quam pfectōis ad illa que mari me cōpetit (al's competūt) Apl'is et apl'icis viꝝ. 5 est: Episcopis et Archiepis et Parriarchis. Diuidit aūt in Duo. In quoꝝ Primo Ipsam viā docet pfectionis. In Scō aūt: Quia via alta et difficilis est: Per sīlitudinem edificātis domū supra petrā: ostēdit sapientiā eius q̄ in suis sermonibus permāserit. Adhuc aūt Ipsa via pfectōis est Duplex Est em̄ In ordie ad alterꝫ. que ē via difficilior Et est (al's via) sm̄ virtutem: que est In scipo. Et hec est facilior. Et ideo priori postponitur. Et hāc ostendit per sīlitudinem arboris bone vel male: in comparatiōe ad fructū. Adhuc aūt sm̄ duplicem modū quo homo ordinat ad alterū: Duas ponit vias perfectionū. Est em̄ Ordo ad alterū: in perfe rendo illata ab altero. Et est Ordo ad alterꝫ sm id q̄ male facit primus in scipo: in quo alter non potest habere nisi iudicū. Et ideo ꝓmo docet tolerare iniurias. et Scō docet vitare Temeraria iudicia. In ꝓferēdis aūt iniurijs tangit Tria. Primo enī ponit Precepta. Scō Preceptoꝝ adhi

bet rones. Tertio autez Inuitat ad ea p mercedis
considerationē. Ubi autē ponit precepta ordinatio
nis ad alterū Duo facit. Quia cū difficillima di
cturus erat: Jbo primo excitat ad auditū. Et de
inde primulgat precepta precedis. Excitās autē ad at
tentionē(al's intentionē)dicendo: ō vt ⌊Sed vos
bis discipulis z apostolis ad qs deuana oculos
direxi a principio Qui discipulus meus queritz im
bui. Qui imitatione magisterij meos vos phabis
esse discipulos. Qui dilectōe z bñficio maxie disci
puli mei esse cognoscimini. Uob mḡs⌋ Dico: qui⌊
boc est: qz vos ⌊auditis⌋ ꝺ est intus ad intellectū
z affectū meū auditū ḡtus difficilē pcipitis. Non
em estis idola similia hominū qui auditū disci
plinalem nō habeatis. Psal.cxij. Aures habēt et
non audiūt. Tales eni sunt similes hominū Nō
hominē: qui auditū disciplinalē non habent. Qz
sicut ꝺr Aristo. Auditus sensus est discipline p do
ctrinam accipiēdo(al's accipiēde) Nec estis de bis
qui aures aggrauāt obturando p alienas delecta
tiones ne capiat in eis sermo meus. Esa.vj. Exce
ca cor aplī huius: z aures eius aggraua: z oculos
eius claude. ne forte videant oculis: z auribꝰ audi
ant: z corde intelligant z conuertant: z sanem eos.
Nec estis de bis q̄ quando difficilia audiūt: excu
sant: z ad facilia pbent auditū. Heb.xij. Quam q̄
audierūt: excusabant se ne eis fieret verbū. Exo.xx.
Loquere tu nobis: z non loquat nobis dominus:
ne forte moriamur. Sed estis de discipulis q̄ au
res discipline habetis ad audiendū. Matth.xiij.
Apoca.ij.z iij. Qui habet aures audiendi audiat
quid spūs dicat ecclīs. Estis autē de illis q̄ au
re leui capitis omne susurrū pfectionis diuine.
Job.iiij. Uocē quasi aure leuis audiui: z ḡs fur
tiue suscepit auris mea venas susurrij eius. Uob
ergo dico qui auditis z dictis istud .j. Re.iij. Lo
quere domine: qz audit seruus tuus⌊ Diligite⌋
Ecce precepta. Et sunt i quadruplici ordie. Que
dam ei ordinat ad inimicos. Quedā ad iniurian
tes perviolentiā. Quedā ad simpliciter petentes q̄
nostra sunt. Quedā autē ad eos qui obstitūt per ea
lumniosum iudiciū. Ad inimicos autē ordinat nos
affectu cordis. Beneficio operis: z Benedictiōe z
oratōe oris. De affectu quidē cordis ꝺr⌊ Diligi⌋
te inimicos vestros⌋ Hoc autē cōtra naturam
esse videt. Dicit em in Phedrone plato sub nomi
ne Socratis: q̄ de hominis natura z diffinitiōe
est: amicis bñfacere: z inimicis male. Si igit nul
la pfectio ptraria est nature quā perficit: nō potest
esse ō pfectōe hominis: inimicos diligere: z inimi
cis bñfacere. Adhuc autē Unūquodq; naturalit
suam appetit pseruationē. ḡ per ptrariū odit id qō
est naturā destruēs z cōseruationē oppugnās. Inj
micus autē est destruens naturā z pseruationem.
Igit inimici sunt odiēdi. Adhuc autē Non potest
esse dilectio nisi boni vel apparētis boni. In inimi
co autē nō est bonū nec apparens bonū: sed malu
mere z simplr malum. ḡ non potest inimicus dili
gi. Et iste rōes irrefragabiles videnť. Et sunt Pla
tonis z Aristotelis. Uidenť autē contrariari ad ea
que hic dicunť. Si forte velis dicere cū Ilo. q̄
christus nos hic eleuat ad ea que sunt supra natu
ram. Hoc nihil est: qz id quod est supra naturam:
nature nō est contrarū. Diligere autē inimicos di
recte z nature: z dilectioni: phatur est esse contra
rium. Adhuc autē cum nō sint nisi tria amicicia
rum genera: sicut phant Aristoteles z Tullius: Il
la que est fundata super vtile: z Illa que est super
delectabile: z Illa que est sup honestū: videť q̄ nul
lo genere amicicie possit diligi inimicꝰ. qz nec vti
lenec delectabile nec honestus. Cum inimicus no
ceat: z tristiciā inferat: z nihil habeat honestatis et
virtutis. Et q̄ imperfecte dilectio que nullā causam
habet dilectiōis: videť esse supuacuū in pcipiente:
z impossibile in eo cui fit preceptū. Ad hec z si
milia dicendum Q̄ in vitate is qui inimicus est
Duo in se habet: Naturaz: et Uicium inimiciciarū.
Natura q̄dem nō est ita deprauata q̄n aliquid bo
ni habeat: z quin possit reparari. Et ad hoc diligē
da est z dirigenda. Uicium autē non potest diligi:
z similit natura inobiliter stans sub vicio. Et ita
procedūt rones inducte. Unde quādo dicit. Dilig
gite inimicos vros. Locutio est duplex: eo q̄ trāsi
tus verbi Diligo: pōt trāsire in accusatiuos illos
inimicos vestros: gra subiecti tm. z sic pcipit eos
dominꝰ diligi: qz sic diligunt: nō ad inimiciciam:
sed gram et bonum. Uel potest transire in accusa
tiuos gratia subiecti z forme inimiciciaz. Et ꝺs nō
inēdit christus. quia sic diligerent ad hoc q̄ eēnt
inimici: z ad Uicium. Quod omino innaturale ē:
z pessimū esset. quia sic procedunt inducte rationes.
Et per hoc patet q̄ iste est sensus. Diligite eos q̄
sunt vel fuerunt inimici vestri: vt dilectione inui
tetis eos ad hoc q̄ cōuertant in amicos: z i deo in
cremini eos. Sic em implet illud Apli Rho.xij.
Noli vinci a malo. sed vince in bono malū. Uincit
enim malo qui sic irascit inimico: quia naturam
vult destrui vicio. Sed vincit in bono malū: q̄ bo
num nature quod est z pōt esse in natura diligēdo
per beni gnitatē: maluz inimiciciarū excludit. Sic
ꝺr Exod.xxiij. Si videris asinū odientis te iacere
sub onere: nō pertransibis. sed subleuabis cū cum
ipso. Leui.xix. Non queras vltionem: nec memor
eris iniurie ciuis tui oz. Eccli.x. Omis iniurieptz
mi ne memineris. z nihil agas in operibꝰ iniurie.
Hoc est igit quod dicit. Et in hoc est lex adimple
ta z concordat cum ratione naturali: sic dictū est

## Benefacite bis qui oderunt vos.

Ecce ordinat nos ad inimicos: Bñficio operis S
dicēs⌊ Bñfacite bis qui oderunt vos⌋ Ode
runt autem ira inueterata. Dis ergo pcipit bene
facere. Odium eni nunḡ dubius z melius supe
rari potest q̄s q̄ beneficiū opponāť. Psal.cviij Re
tribuebāt mihi malap bonis: odium p dilectione
mea. Prouerb.xxv. Si ḡluerit inimicus tuus:
ciba illum. esi sitit: aquā da illi bibere. prunas eni
congregabis super caput eius: z dominus reddet
tibi. Prunas enim charitatis cōgregat quis sup
caput odientis quādo bonū redditp malo. Rho
manoz.xij. Si ḡluerit inimicus tuus ciba illū.
esi sitit potum da illi. Hoc eni faciens: prunas cō
gregabis super caput eius. Psal.cxix. Quid detur

tibi aut quid apponat tibi ad linguā dolosā. Sup
ple:te odientis. Sagitte potētis acute. ꝟ est:consū
lium acutissime vtilitatis:cum carbonib⁹ desolato⁹
rijs. hoc ē:cum bñficijs p malo repēsis ignite cha
ritatis. Illa eni cōfundūr cuz q⁹(si⁹ qui)de cetero
odiū tenere erubescāt. Sic enī ꝺr Petrus.j. scdo.
vt bñfacientes ō mutescere faciatis ip̄rudentiū ho
minū ignoratiā. Sic etiam ꝺr Job.xxj. Si non
dicerūt viri tabernaculi mei:de carnib⁹ eius quis
detur vt saturemur. ꝟ est:q̄ p̄re odio: carnib⁹ meis q̄
rebant satiari. Nos ecōtra: bñfacientes ex dilectiōe
tabernacl⁹ recepim⁹ z cōtubernales meos feci. Rho
manoꝝ.xij. Nulli malū p malo reddētes ꝓuidēs
bona:nō solum corā deo. sed etiam corā oībus
dominib⁹ vt possitis dicere illō. Psal.xxxiij. Re
tribuebant mihi mala p̄o bonis z odium p̄o di
lectione mea

## Benedicite maledicentib⁹ vobis

Ordinat nos ꝟ Benedictōe ordis. z Scōo Ora
tione p indeuotis nobis. De Primo ꝺr [Bene
dicite ꝟ est:bona optate p̄ salutatiōnē. Sic( als
Sicut) Deus te saluet. Det tibi dñs benedictionē
cui⁹ christus p̄ditor dixit. Amice:ad q̄d venisti.
Vocauit enim amicū quē sciuit esse p̄ditorem.
j. Lozꝝ.iij. [Maledicimur z benedicim⁹.ij. Regū
xvj. Dimittite eū maledicere:si forte dominus red
dat mihi bñdictionē p̄o maledictione hac. Psal.
cviij. Maledicēt illi z tu bñdices: iduanē qui de
trabūt mihi pudoꝝ. z operiant sicut diploide con
fusione sua. Sicut enim maledictio z uerū in be
nedictionē quādo ip̄e maledicēs confundit. z p̄o
maledictionib⁹ recōpensat bñdictōes. j. Lozꝝ. xiiij
in nob⁹ fit. Non est eni cor⁹ q⁹ beneficijs non vinca
tur. Unde Ouidius. Omnia vincit amor: z nos ce
damus amori.

## Orate p̄o calumniantibus vos.

Ecce Scō; ordis bñficiū ibꝰ q⁹ dicit [Orate]
Si cēm saluatiōe z bñficijs ꝓuentus: nō vult con
uerti inimicus, nūc nihil aliud restat nisi vt orēt p
eo q⁹ dñs ip̄e sua gratia cōuertat eum. quia tūc nō
est aliud refugiū p̄o obstinatis.ij. Paral.xx. Si
ignoramus quid agere debeam⁹ :hoc solum habe
mus residui vt oculos nostros dirigamus ad re.
Orabim⁹ ergo [p̄o inimicis [calūniantib⁹
nos ꝟ hoc est:falsa crimina imponentib⁹ nob. Die
re.xviij. Recor:dare q⁹ steterim in conspectu tuo vt
loquerer p̄o eis bona:z vt auerterē iram tuam ab
eis. Psal.xxxiij. Ego autez cū mihi molesti essent
induebā me cilicio: z humiliabā in ieiunio animā
meā. z oꝛo mea in sinū me cōuertet. Cum oēs obsti
nati sunt z vera dicere nescūt:falsas calūnias im
ponūt: z p̄o illis est orandū. q⁹ nō est aliud reme
diuz.j. Lozꝝ.iij. Blasphemamur z obsecramus.

Sunt aūt calūniantes nos: Ignorātes: z Sci
entes. Ignorātes sunt infideles qui credunt se in
nobis obsequiū p̄stare deo si nos p̄sequunk z ca
lumniank. Jo.xvj. Uenit hora vt oīs qui inter
ficit vos arbitrek se obsequiū p̄stare deo. Et p̄o illꝰ
spēaliter orandus est, quia si deus reuelauerit eis:
illi efficienk optimi amici. Sicut Paulus amic⁹
ecclie factus est. Illi aūt contra ꝓscientiam calūni
as imponūt:cum vtilitatē nullā habeāt. Et de illis
parum sperandū est. Psal.lj. Dilexisti oīa verba
p̄cipitatiōis lingua dolosa:p̄terea deus destruet
te in finē:z euellet te de tabernaculo tuo:z radicem
tuā de terra viuentium. Orate ergo sic p̄o calūni
antibus vos.

## Et qui te percusserit in maxillam vnā:p̄rebe illi z alteram.

Ecce P̄recepta q̄ ordināt ad Iniuriātes. P̄ri
mo quidē in corpe:quod grauius est. Postea au
tem in rebus:quod est leuius. Dicit ꝗ [Et qui
te percusserit in vnā maxillam ꝟ id in aliam
parte corpoꝝ. Hoc maxime intelligik de infideli z
vbi ꝓualer malicia. Jn his eni nō est opponere nisi
patientiā. Ubi aūt sunt fideles z non ꝓualet ma
licia:bonū est erigere emendā corā iudice religioso
sine cōtentione:ne stultus iterum similia attenter.
Prouer.xxvj. Respōde stulto iuxta stulticiā su
am ne sibi sapiens videat Si aūt ꝓualet iniq̄tas:
patientia opponenda est. Et ideo imediate p̄cedit
Prouer.xxvj. Ne respōdeas stulto iuxta stulticiā
suā:ne efficiaris ei similis. Tūc aūt dom⁹ misit
apl̄os ad infideles z ꝓualentē iniquitatē. z ibō p̄
cepit opponere patientiā cōtra oēm iniuriā. Mat.
x. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporū.
Postea aūt ecclesia inspirata spū christi statuit:q⁹
Minister christi iniuriā quidez ꝓriam posset re
mittere Sed iniuriā ecclie deberet iudici manife
stare. z ipo facto penāles:penā incurrit excōicatio
nis. Quia tūc non ꝓualuit iniq̄tas. z Judex eiusꝺ
dem religionis nō contēnit studēs:sed paci z iu
sticie operā dans habebak. Hoc est igit q⁹ ꝺr [Si
quis percusserit te in vnā maxillam ]cōti
nuum simul z penā inferēs. Thren.iij. Dabit pcu
tienti se maxillam:saturabik opprobrijs. Job.xvj.
Exprobrātes percusserit maxillam meā [p̄rebe ei
et alteram ] Hoc est:eto paratus si malicia vin
cere ꝓbere ei z alterā. Illioq̄n enim nec christ⁹ fecit z
quod docuit. Percutiēti eni maxillā:leniter corri
piendo dixit. Si male locut⁹ sum. ꝓhibe testimo
nium. Si aūt bñ: quid me cedis? Jo.xviij. Apo
stolus etiam vbi putauit non ꝓualere iniquitatē;
sed aliq̄d esse cognitionis diuine cum peuterēt ad
maxillam. Act.xxiij. dicit. z Percutiat te deus pa
ries dealbate: quia tu sedes ꝑa legē iudicans me.
z contra legē iubes me pcuti. Patet ergo q⁹ nō est
intelligendū nisi de infideli iudice z cōtentioso cō
tra fidē z cōtra iusticiam: z vbi ꝓualet iniquitas.
Exponik etiaz sic z redit in eundē sensum [Sicꝫ
percusserit te in maxillā ] hoc est:coram et in
facie [p̄rebe ei et alteram ]hoc est:eto paratus
sibi p̄rebere etiam partē que non apparet: vt etiam
detrahat tibi q⁹ aperte conuiciak. ij. Lozꝝ.xj. Sul
tinetis eū siquis in faciem vos cedit. siquis ac
cipit. siquis denōat. siquis extollit. Hoc enim fe
cit christus qui sicut agnus ad occisionē duct⁹ est:
z nō aperuit os suum. Esa.liij.j. Pe.ij. Qui cū ma
lediceretur nō maledicebat cum pateret non cōmi
nabatur:tradebāt aūt iudicāti se iniuste. Quidoz

hoc etiaz Mystice exponūt dicētes Ut in pugna cōtra hereticos:manilla:est apparēs p fide loquēs auctoritas. Que percutit cum reuellitur apparēter ab hereticis. Altera aut̄ exhibet:cū altera irreuelibilis statim opponit. Judi.xv.Samson in manilla asini.hoc est in simplici scripture eloquio prostrauit mille viros:fidei se opponētes. Nec autem expositio mystica est:z non ad litteram.

## Et ab eo qui aufert tibi vestimentum:etiam tunicā noli prohibere.

Ecce Scōm p̄ceptum cōtra Iniuriantes [Ab eo qui aufert] violēter z p̄domināte iniquitate [vestimentū] exterius. qā ponus est p̄ter honestatem q̄z p̄ter necessitatē [et tunicā] que ē interior vestis z necessaria [noli prohibere] cū cōtentiōe z vbi pualet iniquitas. Aliter em̄ phibere poteris Et debet cū moderamine inculpate tutele vt ōr Jsidorus. Quod em̄ p charitate institutū ē: vt ōr beatus Bernardus:cōtra charitatē non debet militare. Et ideo quod hic dicit:pro charitate dicit. Et ideo si alicui⁹ malicia:boni viri patientia abutat̄ z in malicia plus grasset:nō debet h̄ iudex eccl̄iasticus sustinere Sed(sicut dictū est)vbi p̄ualet malicia: ibi aliud nō potest opponi nisi patientia. Et ideo in tali casu quod hic dicit̄ intelligitur. Aliter enim irrōnabile esset Tollenti supfluū: nō phibere ei⁹ necessariū: et esset cōtra naturā.q: necessario subtracto(al's sine necessario)subsistere nō possum. z oporteret memetip̄m morti exponere: si necessariū nō retinerē:si possem. Matth.v. idē dicitur. Qui vult in iudicio tecū contēdere. z tollere tunicā:dimitte ei z palliū. Cantico.v. Percusserunt me z vulnerauerūt me.tulerūt pallia meum custodes murorz Job.xxiij. Nudos dimittūt homines:indumēta tollentes. Heb.x. Rapinam bonorum vestrorz cū gaudio sustinuistis: arbitrantes vos habere melioz ē z manentē substantiam

## Omni autem petenti te tribue.

Ecce Ordinatio ad eos qui simpl'r petunt q̄ nostra sunt. Et ad hos ordinat Dupl'r. Quidam em̄ petunt p beneficētia z largitate. Quidā aut̄ petūt cum violēta z intēnone retinēdi. De Primis aut̄ dicit [Omni petenti te tribue] ex largitate benignitatis. Qui em̄ petit:ostēdit se esse indigentē. Et hoc debet sufficere bono cordi. Nec expedit multum curiose rimari:vtrū indigeat vel non.sicut ōr Ehrysosto. Maxime quādo petit in nomine z habitu:iusti vel p̄phete. Mat.x. Qui recipit p̄phetam in nomine p̄phete:mercedē p̄phete accipiet.z q̄ recipit iustum in nomine iusti:mercedē iusti accipiet. Unde quibusdā bene vestitis: pfugis perēnibus: ad rogam Joānis eleymon(al's elemosinarij)z ministris suis querētibus z dicentibo An talibo esset dandū. Respondit Sācrus dñi. Obedite simplr sermoni dñi. [Omni petenti te tribue] Non ei deindiget curiosoz. Nec humilis Joānes. Uel legatur sic. [Omni petenti te ipm̄] tribue.scom patiēdo si aliud dare nō poteris. Da tua si potes. Luē.xj. Quod superest: date elemosynā z oia munda sunt vobis. Quia si nō potes dare z tu; q: non habes superflua: da compassionē. Job.xxx. Flebā quondā sup eo qui afflictus fuerat:z compatiebatur anīa mea pauperi. Et sic in veritate petenti tribuis te ipsum.

## Et qui aufert que tua sunt:ne repetas.

Ecce Ordinatio ad petentē cū violentia [ne repetas] sin iudicio cōtentioso coram infideli iudice: z vbi p̄ualet iniquitas. Aliter em̄ repetere poteris z debes.quia aliter dolus z fraus z violentia paratocinarent dolosis:z fraudulentis z violent̄.qō est contra omnia iura z contra oēm rationē. Sil'r etiam ne reperas si inopia excludit actionem. Esa. lviij. Ofnes debitores vestros repetitis. Exo.xxij. p̄cipit̄ si debitor a debente accipiat pignꝰ vestem suā:q̄ reddat ante solis occubitū.qz ipm̄ est vestimentū quo operit̄.z quo tegi solet. Jn his q̄ duobus casibus [ne repetas]

## Et prout vultis vt faciant vobis homines:z vos facite illis sil'r

Ecce Ordo ad alterū p generalē Justicie formā. Et est istud Preceptū affirmatiuus. z generalissimū inter oīa que sunt de iure naturali. Et est indistincte continēs in se oīa que sunt iuris naturalis. Matth.vij. Quecunqz q̄ vultis vt faciāt vobis homines:z vos eadē facite illis. Negatiuum aut̄ illi respondēs est. Tob.iij. Quod tibi nō vis caue ne vnq̄ facias alteri. Intelligit̄ aut̄ de volūtate ex rōne cum habitu sapiētie z prudētie cōsiliata. Ut sit sensus [prout vultis] voluntate informata sapiētia z prudētia z rōne recta [vt faciāt vobis homines et vos eadē facite illis] ex eandē rōnem volūtatis. qz nobis nihil debemus malū:vel iniustū:velle fieri ab alijs. Et ideo nec illis talia debem⁹ facere. Sicut em̄ diximus superius Justicia nos ordinat ad alterum sm̄ equale dām z lucri.z ideo talia debem⁹ nobis velle fieri a primo. Rho.xiij. Reddite oīb⁹ debita.cui bonorem honorē. cui tributum tributū.cui vectigal vectigal. Nemini q̄q̄z debeatis nisi vt inuicem diligatis. Eccl.xxvj. Intellige ea que sunt primi tui et te ipo. Quod em̄ tibi vis fieri alteri facias.z Nō tibi non vis fieri:alij ne facias. Sic enim impletur istud Leui.xix. Diliges primū tuū sicut te ipsum. hoc est:ad quod te ipsum. Hoc est igit̄ quod dicit [et vos facite illis similiter]

## Etsi diligitis eos qui vos diligūt: que vobis est gratia? Nā z peccatores diligentes se diligunt

Ecce Dic probat per rōnem q̄ hec est via perfectionis que dicta est. Dicit aut̄ Duo. Inducit em̄ trifor mē rationē. De Dilectione. De Beneficio. de Mutuo. z Sēos intēras cōcludit conclusiones. Prima rationū q̄ trifor mes sunt est de Dilectio; ne. [Si diligitis illos tē.] Triplex ē apud philosophos Amicicia:fūdata sup Delectabile: Utile; z Honestum. Una est que nō durat nisi q̄diu durat delectabile. Uñ ōr Aristo. Senes (al's seni)

ꝛ ansteri parū sunt diligibiles. Est cīm in eis parū quid delectabile. Fundata aut̄ sup̄ vtle est secunda Et durat q̄diu durat vtilitas. Genes. xxv. Isaac diligebat Esau: eo q̄ de venationibꝰ illi⁹ vescerē. Tertia est vera Amicicia que fundat sup̄ honestū virtutis. Et hec semp manet. q̄ amici diligendi sunt: etiamsi nihil nobis debeat fieri. Homines aut̄ pauci diligūt nisi ꝓpter delectabile vtile. Et sm hoc conſueradine loquit̄ christus dicens [Si diligitis eos] mercēnaria dilectione [qui vos diligūt ꝛ diligēdo pueniūt] que vobis est gratia: [dilectōis que iam empta: ꝛ non gratis est exhibita. j. Jo. iij. In hoc apparuit charitas dei: non quasi nos dilexerimus deū. sed quoniam ipse prior dilexit nos. Sed dilectio gratiaꝫ habet si gratis exhibet. ꝛ multo magis si p̄o contrario odio datur. Rhomanoꝝ. v. Cōmendat deus suam charitatē in nobis: quoniā cum adhuc inimici essemus: deus p nobis mortuus est. Unde dilectio nec est similis dilectioni christi: nec etiam dilectioni vere. Dilectio cīm vera supervirtutem ꝛ bonestū est fundata: ꝛ omni tēpore diligit. ꝛ nō empta est vel mercēnaria. Et ideo talis: empta ꝛ puenta: merecde caret. Matth. v. Amē dico vobis: receperūt mercedem suam. Unde subiūgit exemplum dicēs [Nam ꝛ peccatores .q̄ nec gratiam nec honestum attendūt] diligentes se diligunt [empti ad diligendū: cum tamē nihil bonestum diligāt in ipsis. Si aut̄ obijcit de hoc qō dicit Prouerbioꝝ. viij. Ego diligētes me diligo. Et sic etiam diuina dilectio videt esse mercēnaria. Ista objectio non valet. Quia cum dicit [Ego diligentes me diligo: Intelligit sic constructio ordinanda. Ego diligo: diligentes me. Et hoc verbum Diligo: non transit sup̄ accusatiuos illos diligentes me: nisi ratione materie. Et notat cām ad ipm. Ut sit sensus. Ego diligo: ꝛ mea dilectio ē eis causa quare me diligant. quia diligēdo cōfero eis gratiam vnde me diligere possint. Et sic Dilectio diligentium deū non est causa q̄ diligat eos de⁹: Sz potius: Dilectio dei est eis causa vnde diligāt deū. Et sic aduuat sensus predictus q̄ non est mercenaria dei dilectio. ꝛ Sīa dilectio que est supra virtutem fundata: est vel debet esse illi similis. Et sic opti me dē christus q̄ peccatores diligit eos qui se diligunt mercēnaria dilectione. Sed si diligim⁹ inimicos: est nobis gratia. q̄ tunc nō tm nō est mercennaria dilectio: sed etiam oppositū dilectōnis inuenit in subiecto. Et ideo vltra q̄s gratis est exhibita illa dilectio.

## Etsi benefeceritis his qui vos diligunt: que vobis gratia ē? Siquidem ꝛ peccatores hoc faciunt

Respōdet Scōo g rationem: que est ō Bñficio exhibito contra odiū. Dicit ḡ [Etsi benefeceritis his qui vobis benefaciūt] hoc est: vos bñficijs pueniunt. quia etiā apud Philosophos: Benefici est velle bñfacere: ꝛ nō cōtrapati bñficio aliquo. Est cīm minoratio quedā sibi bñfieri. Bñfacere aut̄ virtus est. Etsi hoc est ita sm mores hominū. multo magis sm legem diuinā hoc erit amplioris p̄fectionis: vt bñficus non reparet̄ beneficium. sed reputet sibi cōtentionē (al⁹ minoratōnē) si sibi bñ fiat. Maxime cum ꝓpter christū etiā malefacienti bñficiū superogare pium sit Sicut fecit christus Luc. x. Si quid superogaueris ego cum rediero reddā tibi. Aug⁹. in ꝑsl. Ille solus neminē pereodit: qui ꝛ inimicū diligit ꝓpter te. ꝛ amicū in te. In hoc casu tenet quod dī Prouer. xxv. ꝛ Rhom. xij. Si esurierit inimic⁹ tuus cibā illum. si sitit: potū da illi. Hoc eni facies carbones ignis. hoc est charitatis cōgeres sup̄ caput eius. Et Subiūgit exemplū [Siquidē peccatores hoc faciunt] mercēnario opere: ꝛ empti ad opus. j. Jo. iij. In hoc cognoscim⁹ quoniā in ipso manem⁹: ꝛ ipe in nob. qm de spū suo dedit nobis. Spūs aūt suus est q̄ Inimicis bñfaciamus ꝛ malefactoribꝰ. Esaie. liij. Ipse peccata multoꝝ tulit: ꝛ p trāsgressoribꝰ oraūit vt non perirent. Jn hoc cīm etiam malefactoribus benefecit.

## Etsi mutuū dederitis his a quib⁹ speratis recipere: que gratia ē vobis? Nam ꝛ peccatores fenerātur peccatoribus vt recipiāt equalia

Tertium est Documentū de his q̄ non in toto: sed in rebus ad nos ꝓtinentib⁹ tm indigent. Non eni fortasse possum⁹ dare Sed mutuare ad tēpus aliq̄d possumus: vt postea nobis sors restituat. sine qua viuere non possum⁹. q̄ forte agros ꝛ vineas non habem⁹. ꝛ oporter nos nr̄a mobilia in vsū vite cōuertere ꝛ de illis lucrādo licite viuere: tamē portione quadaz ad tēpus possum⁹ carere sine vite dispēdio. Et ꝛ hoc mutuū possumus facere ꝓximo. Et hoc gratis debem⁹ facere Ezech. xviij. Ad vsuras n̄ accōmodauerit. ꝛ amplꝰ n̄ accepit. Ps xviij. Qui pecuniā suam nō dedit ad vsurā: ꝛ munera sup̄ innocentē nō accepit. Deut. xv. Non obdurabis cor tuū: nec cōtrahes manū tuā. sed aperies eā pauperi. ꝛ dabis ei mutuū: quo eus indigere p̄spexeris. ꝛ Infra. Non ages quipiā callide in eꝰ necessitatibus subleuādis. Deut. xxiij. Fratri tuo absq; vsura illud quo indiget accōmodabis: vt benedicat tibi dñs in oī ope tuo. Si ḡ mutuū dederitis a quib⁹ speratis recipe [que gratia est vobis? Quia iam recepistis vltra sortē. ꝛ sic cū peccato redemptū est bñficium. Mat. x. Gratis accepistis gratis date. Et ideo sequit [Nam ꝛ peccatores] iauari qui lucrari inedūt [peccatoribꝰ] qui in malos vsus sua expēdere querūt [fenerantur] ꝫ est: ad fenus: siue ad vsuras accōmodāt [vt recipiant] vltra sortē [equalia] illis damnis ꝛ temporib⁹ in que possent cōmunicare (al⁹ cōmutare) interim pecunias suas. Nō enim contenti sē vt recipiāt eqlia sortis. sed ponꝰ eqlia bis in que interim p lucrū illicitū possent suas pecunias cōmutare. Mat. xxv. Quare nō dedisti pecuniā meā ad mēsam. Illa eni reputāt eqlia. Si āt nihil ꝓter sortē recipiant: reputant se damnificatos

## Veruntamē Diligite inimicos ve

stros ⁊ benefacite. ⁊ mutuū date nihil inde sperātes: ⁊ erit merces vestra mlta. ⁊ eritis filij altissimi: quia ipse benignus est super ingratos et malos.

Nec est Lōdusio ex rōnibus p̄habitis. Et ideo quasi cōcludendo repetit dicēs. Veruntamen Diligite inimicos vestros. affectu charitatis sicut christꝰ dilexit. Rbo.v. Lōmendat deus suaz charitatē in nobis: qm̄ cū adhuc inimici essemus: deus fm ips̄ p nobis mortuus. Diligite autē sic̄ut vosipsos. hoc est: ad qō vosipsos. hoc est: ad b̄ ꝙ inimicicijs depositis: eiues ⁊ fratres ⁊ dulcissimi efficiant amici. Sicut David Semei.ij. Reg. xvj. Sicut christꝰ Proditorē. Sicut Stephan⁹ Paulū lapidantē. Et oēs q̄dem affectu charitatis diligite: ⁊ etiā effectus (al's effectu) b̄nficia exhibete cum necesse fuerit. ⁊ se facultas obtulerit. Et b̄ est quod sequit. Benefacite. b̄ est: in opere charitatis ⁊ b̄nficentie dilectionē ostendite. Probatio enī dilectionis: exhibitio est operis. Deb. xiij. Bñficentie autē ⁊ hospitalitatis nolite oblīuisci. Nec enī opus cuius in necessitate nō oblīuiscet deus. Nec breuꝫ. v. Non iniustꝰ est deus vt obliuiscat operis vestri ⁊ dilectionis: quā ostēdistis in nomine ipius. In b̄nfactis igit accipite exēplū beatū Job. Job xxx. Qui sitientes carnes suas: recepit tabernaculo. Dauid: qui Saul in spelūca. j. Reg. xxiij. Et in castris: nocte descēdēs ad eū. j. Reg. xxvj. Sumat exēplū Helisei: qui eos q̄ egressi fuerāt ad nocendum ei ⁊ capiendū eū: palci fecit lautis cibꝫ ꝑparationibus: ⁊ conduxit ad locū securū. iiij. Reg. vj. Sumat exēplū Hieremie. xviij. ⁊ xx. Qui ꝓ bis q̄ queb antē vitā eius orauit apud deū. Sumat exemplum Christi: qui in cruce dixit. Pater ignosce illis: quia nesciūt quid faciūt. Lu. xxiij. Specialē aūt b̄nficium ponit in exemplo: in q̄ frequentius peccat. ⁊ quod in minori est dāno. Et hoc est: Mutuū date. Si nō habetis quod liberaliter impēdatis: saltē mutuū date. In quo vestrū: saltuz est vobis. Et ex vsu: alius potest adiuuari: quādo ad lucra licita id qō mutuatis cōuertit. Dicitur autē mutuū: quasi de meo factū tuū. Unde nihil mutuari pōt nisi qō de meo: potest fieri tuū. Sicut: pecunia: vel frumentū: vel vinū: ⁊ quod in codē valor: e potest restitui: ⁊ ad lucrū licitum ꝑ negociationem vel alius modū conuerti. Unde: domus: vel ager: vel vinea: mutuari nō potest: nec etiā vestimentū: nec ligna: nec aliquid huiusmodi: qō vsu vilescit: ⁊ ad lucrū cōuerti nō potest nec transmutari. Nisi fm̄ de meo fieret tuū: tu tuā voluntatem ⁊ vtilitatē de mutuo facere nō posses. Si aūt transmutari ⁊ cōmutari non posset. sed vel esset immobile: vel vilescere vsu. iteruz nō esset Mutuū. Sed vel Uēditio vel Locatio. Restituit autes in mutuo: equiualens in ꝑcio eiusdē speciei vel alterius: put accōmodans ⁊ mutuans inter se conuenerūt. In hoc ergo mutuo: si aliquid b̄ficij ꝑ ipendit̄ proximo: oportet q̄ vtilitas ex mutuo proueniens proximo dimittat: ⁊ sors restituat. Si aūt certa sorte manente: ꝓpē vsum quē habet proximus inde: aliquid certū spero recipe. tam nō charitatis est b̄ficium: sed vsura. sicut ōt Beda. Quia Usura: est spes lucri certi ꝑter sortem: que data est in mutuo Et ideo Dupler est vsura. Una q̄dem cum in pactū deducit quid vltra sortem: mutuuz danti: porrigat ꝓpē mutuū. Secūda autē: cum in pactum nō deducit. sed tanta spes muneris: habetur ꝑter sortem exhibendoꝝ. De Utraq; istaruz dicit Eze. xviij. Ad vsurā non accōmodauerit. Ecce Prima species Usure. Et subiungit dicens Et amplius non acceperit. Ecce Scōa. De Utraq; etiam dicit in Psal. xiij. Qui pecuniaz suam non dedit ad vsuram. Ecce Prima. Et munera sup̄ innocentes nō accepit. Ecce Scōa. Innocēs enī est ipse qui mutuū accipit quādo sortē restituit. Nec autē vsura vtraq; peccatū est auaricie: contra charitatē proximi. cuius labores i lucro subtrahit certa quātitate cum ille in vsu mutui nullā habeat ō lucro certitudinē. Sapie. v. Stabunt iusti in magna constātia aduersus eos qui se angustiauerūt: ⁊ qui abstulerunt labores eoꝝ. Ille enim ex necessitate mutuuz accipit: ⁊ in angustia in lucrū vnde viuat conuertit: ⁊ in labore forte aliquid in lucro adquisiuit vnde viuere posset. ⁊ hoc vsurarius nihil angustie passus: nihil labor⁹ impēdens: nihil fortune de diminutiōe sortis timēs: tollit. ⁊ de angustia ⁊ labore ⁊ multa diuersitate fortune proximi: sibi diuitias congerit ⁊ adquirit. Unde Chrysost. super Matth. dicit ꝙ Soze quam mutuat vsurarius: ingressa in domū eius qui mutuuz accipit: est sicut hamus latronis ꝓfectus in cauernam (al's camerā) eius: in qua fur furari intendit. Uamus eiū ille paterfamilias dormiente ⁊ ignorante: semp̄ volutt. ⁊ modo illi: ⁊ modo illi infigitur: donec totū qō erat in cauerna (al's camera) extrahatur. Et ita sors vsurarij voluit in facultatibus ⁊ laboribus eius qui accepit mutuū: donec quicq̄ quid habere poterit: illi sorti adiungatur. Et ipse cum filijs si habet eos: in seruum possidcatur. iij. Reguz. ij. Uenit creditor vt tollat filios meos sibi in seruos. Et ideo est abominabile peccatū vsura: contra charitatem proximi: contra ꝑceptuz domini: non ponens modum lucri omni tempore: ⁊ oīe cēpus in lucrum vertēs. Quod est valde crudele. Ipse enim facto nunāz in bonuz recordatur proximi. Nec aliud alīq̄ peccatū semper nocēs nisi illud. Latro cū aliquando nocet ⁊ fur. vsurarius autem semper ⁊ omni hora. Latro etiam ⁊ fur: tantum accipiūt: ⁊ nō plus. Usurarius aūt est in accipiēdo totū. Et ideo cōpetit ei qō dr̄ Abac. j. Totū in hamo suo subleuabit: ⁊ trahet illō in sagena sua ⁊ cōgreguet illud in rete suo. Item Super hoc letabitur ⁊ exultabit: propterea immolabit sagene sue: ⁊ sacrificabit reti suo. quia in ipsis incrassata est pars eius ⁊ cibus eius electus. Querūt tamen quidam Utrum in vsura trāseat dominium vel non Et qui dicunt ꝙ Non: probant opinionem suam: ex hoc ꝙ danti vsuras competit actio ⁊ repetitio. Et quia dominus precipit ꝙ nihil speretur de Mutuo: dicens hic Mutuum date:

nihil inde sperãtes ]qs nõ fieret: si trãsiret ad quod vtra sorte dat in dominiũ vsurarij. Qui ãt dicũt q trãsit in dominiũ vsurarij: phãt asserto nem suã et hoc q Myrte volũtates (sicut ꝓ iectio mercũ in mare in tpe periculi) magis sũt vo lũtarie q inuolũtarie. qz principiũ earũ est intra cõsciente singularia: in quibus est actus vt dicit Arist. Ergo Lõditionate volũtates: mlto magis sũt volũtarie. Si ergo dat vsurario aliqd ex pacto ꝓ certo illud accipiens: mutuum volũtarie dedit. t fit vsurarij t in dominium suum transit Et hoc puto Ego vez esse. Q aũt alij cõperit a/ctio ad repetendũ: ex statuto ꝓncipis est: t nõ de natura ꝓtract⁹: qd est inter vsurariũ: t eũ q accipit mutuũ. Et hui⁹ signũ est q ãtique leges vsuras pmiserũt: Sed eas ordinauerũt. Lucrum nõ est illicitũ: quia t ꝓhibitũ: et nimis damnosum: sic dictũ est. Ideo ergo dicit. Mutuũ date nihil in/ de sperãtes ]t erit merces vestra multa ] Jn uitat hic ad Beneficentiã inimicorũ ex ꝓsideratione mercedis. Dicat aũt ]merces ]respondens merito ]multa ]aũt qz a (al's de) multis. Si eni inimico nõ plus rependat q̃ intulit: t fiat p modũ iusticie: erit merces Justicie. Deuer. xxv. fm mensurã delicti: erit t plagaꝝ modus. Si aũt minꝰ repẽdat inimico q̃ intulit: erit merces Misericordie relaxant⁹. Jaco. ij. Superexaltat aũt misericordia iudiciũ. Si aũt nihil inferat ꝓ malo quod intulit: erit merces Patiẽtie: equanimiter sustinẽt⁹ illata ꝓpter deũ. Jaco. j. Patientia opꝰ pfectũ habeat vt sitis pfecti t integri in nullo deficientes. Si aũt ꝓ malo bonũ reddat: erit merces Charitat⁹. Pro. xiij. Retribue. mihi mala ꝓ bonis: t odiũ ꝓ dilectiõe mea. Et sic erit merces Justicie. Misericordie: Patiẽtie: t Charitat⁹. ergo ]multa ]Psal. xviij. Jn custodiẽdis illis retri/ butio multa. Eccli. xij. Bñfac iusto t inuenies retributionẽ magnã. tũ nõ ab ipo nõ a deo (Et eritis filij ]Hic inuitat ad idẽ ꝓsideratõe exempli diuini: qõ puersum esse nõ potest. Dic ergo ]eritis ]ꝓ imitatores ]filij altissimi ]Jo. j. Dedit eis pãtem filios dei fieri. Eph. v. Estote imitatores dei sicut filij charissimi. ) Jo. iij. Nũc filij dei sumus: nondũ apparuit qd erimꝰ. scimꝰ aũt q̃niã cũ apparuerit: similes ei erimus. t videbimꝰ eũ sicu ti est. Jn quo aũt imitari debeamus dic ]qz ipe benignus est ]ruscribꝰ bonitatis et charitatis affluens. t omnes ad cõuersionẽ t pniam trahẽs. Rho. ij. Jn diuitias bonitatis eiꝰ t longanimitatis ꝓtẽnis: ignas qz benignitas dei ad pniaz te adducit/ ]Sup ingtos t malos ]Jngti Duplr mali sũt. Facũt eni malũ t in hoc sũt Mali. Facũt aũt ꝛ hñficũ. t in ꝟ sc Jngta. Mali aũt sunt Simplr mali. Ut Matth. v. vt q solem suũ facẽ oriri sup bonos t malos. t pluit sup iustos t iniustos ]benign⁹ q̃ est ]ꝟ ẽ bono igne ignis⁹. Qui sic liqscat i bonũ Ut det mal' suis inimicis⁹. Ut det oiby. Ut puocet aliqd (al's ad) petẽdũ. Ut det plꝰ q̃ petat. Ut det gratis. Et Ut det bonũ ꝓ malo Jnimicis t mal. Mat. xviij. Seruc nequã oĩe debitũ dimisi tibi qm rogasti me. Det omnib⁹. Jac. j. Dat oiby affluenter t non ꝓpe rat. ꝓ: ꝓuocat ad petendum. Matthei. vij. Pe tite t accipietis. Plus q̃ petat dat. iij. Regũ. iij. Salomoni petẽti sapiam: addidit diuitias et vi/ctoriã. Dat gratis. Esa. lv. Venite emite absq argento: t absq vlla cõmutatiõe vinũ t lac. Mat. x. Gratis accepistis: gratis date. Bonũ aũt q malo dat. Hiere. xviij. Nunqd redditꝰ ꝓ bono malu, quia foderũt fouea aie mee. Sic g̃ ]benignꝰ super ingratos t malos ]

## Estote ergo misericordes sicut et pater vester misericors est

Lõclusio est ex oĩbus ꝓbabilis. Talis eñ dile/ctio inimici non potest esse sine misericordia. Et ista in illa ꝓcludit. Illã eñ magie diligit. t in illa Sũmam pfectionis ponit. Mat. v. Estites dissare qd est. Misebiam qdem volo t nõ sacrificiũ. t sciam dei plꝰ q̃ holocaustũ. Duo g̃ facit. Misebiam iudicat. t formã qua imitemur ponit. Misebiaz iudicat cũ dr ]Estote misericordes ]Primũ Jn t miseros Lorgalr vd. Spũalit visc. ra cõpassiõis effundẽdo. Secdo aũt Miser ]de vra (al's vro) donãdo. Tertio Siqd debet ꝓdonãdo. Quarto Miseriã eꝰ q̃ntũ potestis portãdo. Quinto Miserũ a miseria reuocãdo. Sexto Si eniã redire nõ vult. ſz multas multiplicat: eũ expectãdo. Septio Reuertentẽ sine ipoperio benigne suscipiendo. Octauo Quantũ in nob est: mlta qbꝰ multa sua regat largiẽdo. Nono Etiã pena suã secũ portãdo. Decimo Etiãsi alis esse non pt satisfactiõez ꝓ miseriis (al's miser) suscipiẽdo. De ꝓmio dor. Esa. lviij. Si effuderi, eluriẽti aiaz tuã: t aiam afflictã replueri/. orietur in tenebris lux tua. t tenebre tue erũt sicut meridies. De Octo Lu. ij. Oõ supest date elymam: t oĩa munda sũt vob. Elemosyna ãt dr ab el'am (al's clemonia) quod est misebia. De Tertio Mat. vj. Dimitte nob debita nra: sic§dem t ipsi dimittim⁹ oĩbus debitoribus nob. Mat. xviij. Oĩe debitum dimisi tibi qm rogasti me. Nonne g̃ t te oportuit misereri conserui tui: sicut t ego tui miser⁹ sum. De Quarto Bak. vl. Alter alteri⁹ onera portate. et sic adimplebis⁹ legẽ christi. De Quinto Lañ. vj. Reuertere reuertere sunamitis. B est captiua: reuertere reuertere. vt intueamur te. Ja. vl. Siqs ãt ex vobis errauerit a vitate: et conuerterit qs eũ. scire debz: qm qui cõuerti fecerit peccatorẽ ab errore vie sue: saluabit aiam suã a morte. t operit multitudinem pecatoz. De Septo Ecc. v. Expectaui vt faceret vuas. Zbac ij. Si morã fecerit: expecta eum. De Septio Luce xv. Cũ adhuc longe esset: vidit illũ pr suꝰ. t occurrẽs cecidit sup collũ eius: t osculat⁹ est eum. De Octauo Ibidẽ dr. Cito ꝓferte stolã ꝓmã: t induite illũ. t date anulũ in manu eiꝰ. t calciamenta in pedes eiꝰ. t occidite vitulum saginatũ: vt manducemus t epulemur. Ecce Nudum recit: ne appareret ignominia miserie. Discalciatum calciauit: ne affectus videretur turpitudo. t pes vili luto pollutus. Jndecoꝛum t turpiter anuli fulgore redimitum fecit: ne miserie videret indecẽtia. Esurientem bonis pinguibus replent: vt porcoꝛũ obliuiscer⁹ filiquas Symphonia cãtare fecit: ne in memoriam veniret triſt⁹ planct⁹ ignominiose paupiat⁹.

Amicos in gaudiū cōuocauit: vt ꝓ turbernio tristi meretricū penitus obliuiscerer: z in talib⁹ societate delectarer sanctoꝝ z angelorū. De Nono 8t apl⁹ ij. Cor. xij Ego autē libentissime impendā. z insuper z ipse supimpendar ꝓ animabus vr̄is. De Decimo Beñ. xxj. Ego damnū omne reddebam: quicūd furti peribat a me exigebat. Beñ. xxvij. In me sit ista maledictio. Hoc est exemplus eius qui dixit Jo. xvij. Pro eis sanctifico me ipm. Sic ego Estote misericordes. q⁹ Misericordia: est sola sacrificiū acceptū. Misericordia: peccata relaxat Misericordia: iudiciū durū temperat. Misericordia: comes est defunctoꝝ. De Primo Osee. vj. Misericordiā volo z nō sacrificiū: z scientiā dei plus q̄ holocaustū. De Sexto Prouer. xvj. Misericordia z veritate redimit iniquitas. De Tertio Jaco. ij. Judicium sine misericordia fiet ei q̄ nō facit misericordiam. superexaltat autē misericordia iudiciū. Psal. cxj. Jocundus homo q̄ miseret z cōmodat. disponet sermones suos in iudicio: q⁹ in eternū nō cōmouebit. De Quarto 8t Amb. Non sunt bona que secū ferre non pōt Sola misericordia comes est defunctorū. Esa. liij. In misericordijs magnis suscipiā te. Estote ergo misericordes iustis modis. Et ist⁹ de causis Sicut et pater vester. Qui nullis subiacet miserie Qui est in celis: tamē ꝓ solo pterat⁹ affectu. misericors est. Seipm in nostris miserijs miserabiliter cōturbando Miserias nostras suscipiendo. Multa ꝓ nostris miserijs a miseris sustinēdo. Sua nobis: z se cōicando Omnē nostrā miseriam si ꝓmittim⁹ abstergendo. De Primo hoc Miere. xxj. Penitudo mea cōturbauit me: cōturbata sūt viscera mea sup eum: miserans miserebor eius. De Sexto Jone. j. Mittite me in mare: z cessabit mare a vobis. ꝙ est in profundū miserie z passionis. De Tertio Psal. lxviij. Sustinui qui simul cōtristaretur: z nō fuit qui consolaret z non inuenit: z dederunt in escam meā fel. z in sitī mea potauerunt me aceto. De Quarto Rho. viij. Quō non etiā cū illo oīnia nobis donauit. De Ultimo Zpo. xxj. Absterget deus oēm lachrymā ab oculis eoꝝ. Est aūt pater Misericors z affectu: Miserator in effectu Benignus in pfectu: Patiēs in nō defectu. Presta⁹ bilis in modico: quē aliquando exhibem⁹ pnie effectu. Joel. ij. Benign⁹ z misericors: z patiēs: z multū misericors: z ꝑstabilis super malicia. Psal. cxj. Misericors z miserator: z iustus dñs. Jone. iij. Tu deus clemēs z misericors: es: patiēs z multe miseratiōis z ignoscēs super malicia. Sic g̃ Pater noster de⁹ trinitas misericors: ē: quē i Potētia imitari nō possum⁹. In Sapia aūt ammirari possum⁹: nō attingere. In Bonitate ergo z Misēcia imitemur: vt ꝑ hec nos filios esse ꝑhibeat. Et sic in duricia portauim⁹ imaginē terreni patr̄, sic in misēcia portemus imaginē patris celestis: vt sim⁹ filij. Dicit aūt Sicut pater vester. Ut noster filius dicit. q⁹ Pater celestis nihil miseri hz in se ipso. Et sic a se incipiēs: miserek nr̄i Non q̄ sui misereat: sed q⁹ non patik se esse miserū. Et sic est nob faciendū. q⁹ A nob incipiendū vt alteri misēciam faciam⁹. Eccli. xiij. Qui sibi ne quā: cui est bonus. Eccli. xxx. Miserere anie tue placēs deo. Prouerb. xj. Bñfacte anie sue vir misericors. i, Tim. v. Qui suoꝝ z maxime domesticoꝝ curā non habet: fidez negauit: z est infideli deterior

**Nolite iudicare z non iudicabimini. Nolite condemnare et nō condemnabimi. Dimittite z dimittet vobis.**

bat villicum. Descendit dic a ministro. Ville
autē dicitur ville custos: qui(a)s quia) custodit
reditus villarum ad domus procurationem: vt
domus in abundantia permaneat: Et ideo greco
nomine iconomus. hoc est: dispēsator domus vo
catur. Et significat eos quibꝰ rerum temporaliū
dispensatio est credita. Lo:inth.iij. Sic nos ex
istimet homo vt ministros christi ⁊ dispensatores
misteriorꝝ dei. Esa.lxj. Ministri dei nostri dice
tur vobis. Rhomanoꝝ.xij. Unusquisq; sicut acꝰ
cepit gr̄am illā in alterutrū amministrantes. Et
hic dic. q̄ apud eū. Ecce Diffamatio. Differt āt
Diffamatio ab Infamia. q: Diffamatio ē bona fa
ma vl̄ mala: ⁊ lōge lateq; dispsa. Et notāt i ℔ sapiē
tia huiꝰ patrisfamilias. quia non cito credidit con
tra eū quem fidelem existimauit: nisi prius longe
lateq; a grauibus personis fama dispergeret Si
cut dominus fecit de Sodomitis. qui descēdit vt
videret si opere cōpleuerint hoc: quod fama longe
lateq; clamauit de eis. Hoc enim vocāt fama da
mans: longe lateq; respersa). Regū.ij. Non ē bo
na res quam ego audio de vobis. Tales enim mi
nistri magnoꝝ virorū: ex:or: quere consueuerūt ab
hominibus: ⁊ dissipare eū sarcinulis suis ea que
ex:ort quent. Et ideo fama de eis velociꝰ currit. Ge
nes.vj. Isti sūt potentes a seculo viri famosi: Sup
ple:ō mala fama. quia dissipasset bona sua.
quia ⁊ male cōgregauit: hominēs colentes bona
de pauperando. ⁊ sic terra remāsit inculta: ⁊ ea que
male congregauit (Sicut Nemroth) male expen
dit. Et sic bona domini nō auxit. Et sic omni modo
dissipauit. Psal.cxxvi. Diterū exinanite exinani
te vsq; ad fundamentū in ea. Esaie.lij. Lōquerit
ipe patermilias: dicēs Populū meū exactores sui
spoliauerūt: ⁊ rapina pauperū i domo vr̄a. Et iterū
Ibidem. Quare atteritis populum meū: ⁊ facies
pauperum cōmolitis. Sic ergo iste est diffamat⁹.
Et beatus paterfamilias apud quem minister: sic
⁊ de hoc potest infamari. Apud enim tyrānos no
stri tempoꝝ: hec est optima fama ministri: si mul
tos spolier: ⁊ terrarū sit vastator: dūmodo domi
no cūcta subiiciat. Sicut minister Nabuchodono
soꝝ: holofernes. Judith.ij. Non pareat oculus tuꝰ
ulli regno: omnemq; vrbem munitā subiugab
mihi. Isti sūt Nemrothite: qui robusti venatores
pauperū sunt cor̄a domino. Heū.x. Ecclīastici.xij
Uenatio leonis: onager in deserto. sic pascua diui
tum pauperes. Nic autem optimus paterfamili
as: hoc reputat bonoꝝ suoꝝ dissipationē. Per ta
les enim fit quod dicit Esa xxiij. Ecce dominus
nudabit. hoc est: nudari ꝑmittit terram ⁊ dissipa
dit eam. ⁊ affliget faciem eius: ⁊ disperget habita
tores eius. Et post pauca Dissipatōe dissipabitur
terra: ⁊ direptiōe ꝓdabitur. Et vocauit. Dic
cōmēdatur paterfamilias de iustitia. quia licet fa
ma laboraret contra eum: tamen noluit eum cōj
demnare: nisi prius vocatum audiret. Et hoc ē q̄
vocauit enim. Joānis.vij. Nūquid lex nostra
aliquem condemnat nisi prius audiat eum: Et
dixit ei Jobicies quod fama referebat. Quid
hoc: hoc est: Cum tu sis minister iustitie: quare
contrariū. de te audio. Sapie.vj. Cum esseris
ministri regni eius: nō recte iudicastis neq; custoꝝ
distis legem iustitie: neq; ꝑm voluntatē dei ambu
lastis. Zudicius autem iste est de clamore eorū: q̄
a talibus oppriminunt. Sive sint villici clerici: qui
Sacramenta in lucrum conuertūt. Sive secl'ares
secularū ministri principum Jaē.v. Ecce merces
operariorū vestrorum qui messuerunt segetes ves
stras: que fraudata est a vob clamat: ⁊ clamor eoꝝ
rum in aures domini sabaoth introiuit: ⁊ clamat
esse fraudatū cor̄am domino. Ecclīastici.xxxv. Nō
despicies ꝑces pupilli: neq; viduā si effuderit cor̄ā
illo loquelam gemitus. Et iterum Ibidē. Nonne
lachrymē vidue ad maxillam descendunt: ⁊ ex
clamatio illius super deducentem eas. A maxilla
enim ascendunt vsq; ad celum: ⁊ dominus exaudi
toꝝ non delectabit in illis. A talibus ergo clamo
ribꝰ puocatꝰ dñs dicit. Quid hoc audio ō te:
Rede rationem. Duo dicit: in quib⁹ iste di
uites commendat. Prudentiā scz In audienda ra
tione. ⁊ Constantiam in mali ministri amotione.

De Primo dicit. Rede rationem. hoc est
computationem rationis. villicationis tue.
Sapie.vj. Quoniam data est potestas nobis: et
virtus ab altissimo qui interrogabit opera vestra:
⁊ cogitationes scrutabitur. Villicatio autem ista
de qua queritur ratio: est commissio Vel vite In
omnibus. Vel officij: In quibusdam Vel potes
statis In aliquib⁹. Vel: ecclesie. Vel: cure animaꝝ
rum Vel dominatus: Sive cuiusq; alterius nos
bis commissi. Hanc autē allocutionem facit no
bis deus Aliquando per inspirationē cogitatōis
in corde. Aliquando per flagellum. Aliquādo per
beneficium. Aliquando per doctorem extrinsecū.
Matth.xviij. Simile est regnum celoꝝ homi
ni regi qui posuit rationem cum seruis suis. Mat
the.xij. De omni verbo ocioso quod locuti fuerint
homines: reddent rationē in nouissimo die. Hoc
dixit scriptura articulorum manus scribentis in
pariete. Danicl.v. Mane tethel phares: Numeꝝ
ratum: Pōderatum: Diuisum. Numeratū in ra
tione dispensationis. Ponderatum: ꝑm pondus
bone vel male intentiōis. Diuisum ab ipso ꝑ cuiꝝ
genciam inique operatiōis. Ideo dicit Matthe.
v. Esto consentiens aduersario tuo dum es in via:
ne forte aduersarius tradat te iudici. ⁊ iudex cor̄eo
ri: ⁊ in carcerem mittaris. Amen dico tibi q̄ non
exies ide: donec reddas nouissimū q̄drātē. Sic ꝙ
redde rationeꝫ. Matth.xviij. Redde quod debes
Jam enim non poteris villicare. Ecce Cō
stantia. Non enī fecit sicut nostri temporis Pre
lati faciūt: qui partē ꝓdatiōis vel extorti a mini
stris accipiūt: ⁊ iterum extorquere permittūt. Sz
iste depositionem confirmauit: ne iterū populum
torqueret. Prouerbioꝝ.vj. Zelus ⁊ furor viri nō
parcet nec adquiescet cuiuslibꝫ ꝓcib⁹: nec recipiet
pro redemptione dona plurima. Job.xij. Nō par
cet enim verbis potentibus ⁊ ad deprecandū com
positis. Potentia ad impetrandū verba sunt que

sic sunt composita q possunt z valē inducere ad impetrandum. Ite ergo constans est: z malū deponit ministrū. Esaie.xxij. Expellam te de statione tua: z de ministerio tuo deponam te.

**Dit autē villicus intra se Quid faciam: quia dñs me⁹ aufert a me villicationez? Fodere non valeo: mendicare erubesco Scio quid faciam: vt cum amotus fuero a villicatione: recipiant me in domos suas.**

Dic tangit Prouidentia: In qua laudat villicum. Non enim laudat de iniquitate: sed de prouidentia sui: sicut sepe bone pactates inueniuntur in malis. sicut dicit Dionysius. Tangit autem hic Septē in quib⁹ laudatur iste prudētia villici. Quorū Primū est Rerum futurarū apud se pertractatio. Secundū Dubiorū diligens inquisitio. Tertium Periculi sui in depositione ab officio: sollers prouisio. Quartū Sui ad alium actum quo necessaria cōquireret nulla dispositio. Quintum autem Faciendoz certa diffinitio. Sextum: Rationis vtilis ad faciēda adhibitio. Septimū autem Eorum que sic diffiniuntur: efficax per opus implerio. Et hec Septem per ordinē iacent in littera. De Primo dicit Euangelista[ **Dit autez villicus intra se**] apud se futura sibi cōuenientia pertractans z disponens. Hoc enim Sapientis est: prius omnia apud se pertractare z examinare. Job. v. Ecce hoc vt inuestigauim⁹ ita ē: quod audiuim mente pertracta. Sic enim pertractauit apud se quod audiuit a domino. Psal.cxviij. In corde meo abscondi eloquia tua Psal.lxxvj. Meditabar nocte cū corde meo[ **Quid faciam**] Ecce Dubioz inquisitio z discussio. Job. xxix. Causam quam nesciebam diligentissime inuestigabā. Discussio enim z inuestigatio aperiūt dubia. Dan'. xij. Angustie sunt mihi vndiq: z quid eligā ignoro[ **quia dominus meus aufert** cē.] Ecce Periculi sui sollers prouisio. Gregorius. Mignus enim iacula feriūt que preuidentur. z nos tolerabilius mundi mala suscipimus: si contra hec per clypeum prouidentie premunimur. Ideo stultus reprehenditur Prouerbiorum. vij. Ignorās q ad vincula stultus trahatur: donec trāsfigat sagitta iecur eius. Velut si auis festinet ad laqueū: z nescit quia ꝑ periculo anime ipsius agitur. Dominus enim ius z voluntatem habet auferendi: z ipse iam conscientia dicrante villicationem per malum demeruit meritum Esa.xiij. Non consurgat in eternum semen pessimorum. Ideo enim: quia dominantes vitam demerentur. dicitur Ecclesiastici.x. Omnis potēratus vita breuis. Prouerbioz. xxvij Non habebis iugiter poresta[ **fodere** nō **valeo**] Hoc dicit Sui ad aliū adquisitionis actum nullam videns esse dispositionē. Et de actu quidem laboris dicit[ **fodere non valeo**] terrā in agro vl' vinea. Ecclesiastic.xl. Nec opus nec ratio est apud inferos quo tu ꝓperas. Joannis.ix. Me oportet operari dū dies est: venit nox i qua nemo potest operari. Gal'.vj. Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. quia remota (al's amori a) villicatione: operari z fodere non valem⁹[ **mendicare erubesco**] Erubescentia enī est mēdicare. Sed destructa villicatōe: nemo mendicāri dabit: ex quo dives epulo a patre misericordiarū Abraam: gutta aq obtinere nō potuit. Luce.xvj. Ecclesiastici.xl. Fili in tempore vitetue ne indigeas. Melius enim mori q indigere. Fatuis etiam virginibus mendicantibus oleū: a consodalibus prudentibus virginibus denegatum est. Matthe.xxv. quia nō in tempore congruo miseri cordiam petierūt. Prouerbiorū.xx. Mendicabit estate futurre serenitatis: z non dabitur ei. Sic ergo preuidet ad actus talis adquisitōis se nō esse dispositū[ **Scio quid faciam**] Ecce Faciendorum certa diffinitio. Scientia enī necessarior iū z certoz est acceptio. Et hoc quidez cōmune' al's cōuenit] sanctis: quādo certificant ex consilio sancti spiritus. Esai.ix. Vocabit ammirabilis consiliarius. Esa.xlvj. Consilium meū stabit: z omnis voluntas mea fiet. Ecclesiastici.xxxij. Omnia fac cum consilio. z post factū nō penitebit[ **vt cum amotus fuero**] Ecce Rationis vtilis ad faciēda adhibitio[ **recipiant me in domos suas**] Illi. i. ex quibus ex alieno benefecero in hunc modū. j. Regum.xx. Dixit ionathas ad dauid. Si vtero facias mihi misericordiam domini. Sic Raguel recipiens Tobiam iuniorem in domū suā: dixit. Desit tecum fili mi. quia boni z optimi viri fil⁹ es tu z faciens elemosynas. Tob. vij. Ecclesiastici.xxix. Beatiam fideiussoris ne obliuiscaris. Dedit enim pro te animā suam. Ecclesiastici.xiij. In diuisione sortis: da z accipe z iustifica animā tuaz. Fideiussor enim quidā est similia recipiendi in futurum: beneficiū impensum. In diuisione enim sortis: dat z accipit qui primo dat: vt scīō ab eodem beneficium repensum accipiat

**Conuocatis itaq singulis debitoribus domini sui: dicebat primo Quantū debes domino meo. At ille dixit: Centū cados olei. Bi xitq illi. Accipe cautionem tuā: et sede cito scribe quinquaginta. Deinde alio dixit: Tu vo quantū debes? Qui ait: Centū choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas et scribe octogita Et laudauit dominus villicum iniquitatis: quia prudēter fecisset. quia filij hui⁹ seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt.**

Ecce Eius quod diffiniuit per opus implerio. D

# Capitulum.XVI.

Multi eñ sunt qui optime consiliant ⁊ non faciunt per opus. Hic autē ⁊ prudens fuit in cōsilio: ⁊ efficax in opere. Dicit aūt hic Duo. Primo quidem Q vocauit debitores. Scōo autem Q rationabiliter debita diminuit eis. De Primo dicit [Conuocatis itaq; ] Omēs simul cōuocauit. vt si vnus negare debuit velle: hoc facere coram altero non auderet: vt ab alijs conuinceret [Singulis debitoribus ] hoc est: qui reddit⁹ anuos domino soluere de terris debebāt. Mat. xviij. Cū cepisset rationem ponere: oblatus est vn⁹ qui debebat decē milia talēta. Luce. vij Duo debitores erant cuidam feneratori. quoꝝ Unus debebat denarios quingentos: Alter quinquaginta. Et omibus eis cōmissis ⁊ omissis ⁊ cōtra prohibitiones perpetratis: deo sumus debitores. Et hi Prelati quibus cōmissi sumus: rationes in iudicio penitente. De nobis audiunt ⁊ quantū onera nostra et discretione ⁊ misericordia diminuūt: tantū sibi receptione(al's receptionis) in eterna tabernacula construūt. Et hoc est quod inferit [Hic primo ] Hoc est: principale debitum debenti. Principale enim debitū est in mensura olei ⁊ tritici: et quo conficit panis verbi: ⁊ panis gratie: et panis Sacramēti. Unde Matthe. xxiij. Lu. xij Quis putas est fidelis seruus ⁊ prudens quē constituit dominus sup̄ familiā suam: vt det illis in tempore tritici mensuram: Psal. cxlvij. Adipe frumenti satiat te. Hoc ergo est primū debitū quod dominus a suis requirit cultoribꝫ [Quantum debes domino meo: ] Nec questio fit in Confessione de peccatis ⁊ delictis. Unde Matth. vj. Dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimittimus debitoribꝫ nostris. Hoc enim debituꝫ minister debet discrete requirere. ⁊ quod vltra vires est misericorditer debet relaxare. Esa. xliij. Narra siq̄ habes vt iustificeris. Josue. vij. Fili mi da gloriā deo: ⁊ confitere peccatū tuum: ⁊ indica mihi quid feceris [At ille dixit ] simpliciter ⁊ vere cōfitens [Centum cados olei ] Beda dicit q̄ Cadus greece: est amphora latine. continēs vrnas tres. Dicit aūt Jsidorus: q̄ Urna est mensura quā quartanam (al's quaternā) vocant: sicut nos vocamus quartale. Scias autem q̄ Urna grece est vas: in quo mortuoꝝ cineres vel busta reponuntur. Hic autem pro vsuali mensura ponitur liquidorum. Sunt aūt vrne centū olei: mensure misericordie retente: que nō est expensa in familiā domini. Sicut bona ecclesiarū retinentes: que sunt oleum cordi qui elemosynas in pauperes dederunt: ⁊ ecclesijs cōmittuntur. Et que nō distribuūtur: sunt domino retenta ⁊ debita. Unde. ij. Machabeoꝝ. xij. de bis que in erario ecclesie cōtinebant dicit: Sumus sacerdos ostendit hec esse victualia viduarū ⁊ orphanoꝝ. Quedam vero esse Hircani tobie viri valde eminentis. Sic eñ est in ecclesia ⁊ aliarum possessionū redditibus: que sunt vltra sustentationem honestarū personarū que per hircanum significant: sunt victualia viduarū ⁊ pupillorum. Et sunt oleum misericordie: cōmissus ecclesie. Dicit autem centum cadorū: est debitor ille q̄ non soluit mandata in illis Nouem perfectionibꝫ que angelis attribuūtur. ⁊ Una decima: q̄ est Omnium reductio in deum. Decies enim decem: fūt centum. Tres autem vnc que sunt in cado: Fides sē Trinitatis. Quia sicut dicitur Hebreoꝝ. xj. Sine fide impossibile est placere deo. Omnia autem hec in misericordia debent ⁊ reddi ⁊ exigi. Jaco. ij. Superexaltat autez misericordia iudicium. Misericordia autem habet etiam Tria. Primo quidem Q ordinata sit ⁊ a se incipiat Ecclesiastici. xxx. Miserere anie tue placens deo. quia Qui sibi nequam: cui alij poterit esse bonus: Ecclesiastici. xiij. Secunda mensura: est vt ex compassione cordis. Esaie. Quinq̄gesimo octauo. Si effuderis quasi aquam animā tuam. Job. xxx. Flebam quondam super eo qui afflictus fuerat: ⁊ compatiebatur anima mea pauperi. Tertia est mēsura vt sit ex quantitatem facultatum. Tobie iij. Si multum tibi fuerit abunduanter tribue. si parum: bocipum impertiri stude. Si enim ita nos habemus in bonis nob ꝫmissis a dño ad altos: siue sint bona spiritualia siue temporalia: vt alijs dimittēres debita: vel donantes nobis cōmissa: fm possibilitatem subueniamus. tunc etiam ipsi nobis apud patrem celestem subuenīūt. Et hoc est quod dicit [Scriptis illi villicus debitori [Accipe cautionem tuam ] Littera in qua cautum est de debito: cautio vocatur. Et notatur in hoc prudentia villici: qui cautione instrumenti publici debitum confirmari fecit. Hieremie. xxxij. Accepi librum possessionis signatum: ⁊ stipulationes ⁊ rata ⁊ signa fortisce⁹: Talis autem liber monimēti accipitur: quando a discreto prelato vel villico: relaxatio quasi in libro recordationis divine conscribitur. Job. xxx. Librum scribat ipse qui iudicat: vt in huero meo ponam illum [et sede cito ] Hoc est quiescere: de cetero debitū adaugeas. Esa. Quinquagesimo secundo. Sede hi rusalē: solue vincula colli tui captiua filia sion. Uincula inq̄: quibus pro debito teneris captiua. Threnorū. iij. Sedebit solitari⁹ ⁊ tacebit. quia leuauit se supra [se] Cito aūt scribit: quia vehementia doloris temp⁹ quod perdidit recuperat. Psal. xliij. Lingua mea calam⁹ scribe velociter scribentis. Lingua autem hec est lingua deuotionis: qua ad deum loquimur in oratione: petētes nobis quod vltra vires est debitum dimitti: Dicentes illud Matthe. vj. Dimitte nobis debita nra sic ⁊ nos dimittim⁹ debitoribꝫ nostris. Scribe autem [quinquaginta ] qui ēnus merus inutilei ⁊ remissionis. Et dimitte dimidium debiti. quia cognouit esse vltra vires debitoris. Sic enim debet facere discretus dispēsator: q̄ omne onus dimittat quod vires penitentium nouit excedere. Hic autem dimittit mediam partez debiti: eo q̄ ipse dimidia vi clauium ⁊ virtute consolatoꝝ sermonis: ⁊ exhortationis ⁊ supportationis alleuiat: Gauens ne dicat illud Lu. xi. ⁊ Matthe. Uicesimoterrio. Alligant enim onera importabilia: ⁊ imponunt ea humeris hominū: digito autē suo nolunt ea mouere. Ecōtra de bono et prudenti dispensatore dicit. ij. Corinth. iij. Cui autem aliquid donastis: et ego. Nam ⁊ ego quod donaui: propt̄ vos in persona christi. Psal. lviij. Solue

colligatiões impietatis. Solue fasciculos deprimentes. Quicqd enim est vltra vires subditorum: siue in corpore siue in reb⁹: debet moderari discretus dispensator: vt per intercessionē meritū pietatis illius quam haber in subditos: deus etiā moderetur suum pondus cum defecerit. [Et alio dixit] qui etiam de principali debito debuit. Oleū enim misericordie: z triticū refectionis familiēp̄n cipaliter debemus. Vinum autem spiritualis iocunditatis z leticie non cōmittitur dispensatoribus: sed vnusquisq; colit hoc: z bibit inter se z deum. [Tu vero quantū debes] Non (al's Nec) enim questio est discreti dispensatoris circa subditum: vt querat de oneribus delictorū (al's debitorum) sed alleuiet vbi potest precium ratione. Attendens semper quod dixit Jacob Gene. xxxij. Nosti domine mi q̄ parunlos habeā teneros: z oues z boues feras mecum: quos si plus in ambulando fecero laborare: morientur in vno die cūcti greges. [Qui ait Centum choros tritici] Centū chori sunt: de quorum centenario perfectiōis iam dictum est. Dum scilicet quodlibet mandatorum perficit Jn feruore charitatis. z Jn luce summeveritatis. z Jn tranquillitate discreti iudicij cordis. z Jn altitudine dominalis virtutis: musq; ad infima inclinate (al's inclinante) z Jn vigore virtutis inuincibilis: z Jn ordinatione ecclesiastice potestatis. z Jn opere decreto a principe deo: z fz cōfilium diuinū: z fm virtutē alicuius custodiam: fm q̄ alibi diximus. Et hec omnia referuntur in (al's ad) deum: tanq; in summū perfectorem. Nec enim decem precepta multiplicatia (al's multiplicata) faciunt centum. Sed ō hoc debito soluendo frequenter non preualet humana infirmitas: Et tunc moderandū est a prudenti dispēsatore. Cibus autem sic dicitur Ezech. Quadragesimoquinto triginta modijs vsualibus implebatur. Modi⁹ autem mensura est aridorum. Et variatur fm vsum gentium diuersarum. Triginta autem modij: fidem significant Trinitatis cum decalogo: in fidem illam ducto. Vel melius Q̄ impleatur decalogus in quolibet precepto Fide veritatis. Spe eterne retributionis: z Charitate diuini amoris. Tūc enim quilibet chorus triginta habebit mensuras. Vel Q̄ impleat de Lorde puro z Lonfacientia bona. z Fide non ficta. ij. Timo. ij. Vel Sobrie z Juste z Pie viuamus in hoc seculo. Titū. ij. Vel Et toto corde. Et tota anima. z Et omnib⁹ viribꝫ. Matth. Vicesimoseptimo. De omni autem hoc debito: remanet ex imperfectione humana. Et hoc est quod discretus querit minister. [Dixitq; illi] p̄cia discretione: videns importabile pondus esse debitorū: dicētibus subditis. Pater tuus imposuit nobis onus graue: tu ꝓ alleuia de onere nostro. iij. Regū. xij. Pō. Tricesimoseptio. Sicut onus graue grauate sunt super me. Threnorum j. Vigilauit iugum iniquitatū mearū in manu eius. Conuolute sunt z imposite collo meo. Jnfirmata est virtus mea: dedit me dominꝰ in manum de qua non potero surgere. Sic enim die penitens vltra vires oppressus. Et ideo minister de prudentia a deo laudat⁹ dicit. [Accipe litteras tuas] hoc est: cautionis instrumentū: in quo cautū facias dominū meū. Et ō est: promissio firma obediendi: z memoria retinendi: z explendi iniunctum. Habacuch. ij. Scribe visum z exara eum super tabulas: vt percurrat qui legerit. [et scribe] hoc est confirma ad memoriam. Ysaie. xxx. Ingredere sus scribe ei sup buxū: z i libro diligēter exara illō [octoginta] quintam partes iniuncti debiti auferendo. Nec enim accepta habet dominus: quia z ipse aufert quintam. reliquas quattuor in penitente requirens. Requirit enim Jn dolore voluntatis: in Compunctiōe: Jn Veritate oris: in Confessione: Jn Virtute operis: in Satisfactione: z in Perseuerantia penitentie: Jn Continuatione. Et dimittit Quintum: quod erat in inferni z purgatorij expiatiōe. Luc. Decimonono. Si quid aliquem defraudauti: reddo quadruplum. Prouerbiorū. vj. Deprehensus reddet quadruplum. Sic enim soluitur vsq; ad nouissimum quadrantem. Matth. v. Quintum autez solui nō potest. z hoc est dimittendum. Sic prudens minister: implens hoc quod dicit Esa. Quinq̄gesimoquarto. Dimitte eos qui confracti sunt liberos: z omne onus dirumpe. Sic conformat se domino suo q̄ ōr Matthe. xj. Venite ad me omnes qui laboratis z onerati estis: z ego reficiam vos. Tollite iugum meū super vos: z Discite: quia mitis sum imponendo iugum: z humilis corde in exigendo debitū: z vos non opprimo per potentiā. Jugum enim suaue e: z onus meum leue. Et ideo sequitur. [Et laudauit dominus vilicum iniquitatis] Nō q̄ dem de iniquitate: quia in hac non erat laudabil'. j. Cor. xj. Laudo vos: in hoc nō laudo. [quia prudenter egisset] Jn hoc ergo laudatur: quia prudēter egit: z secum: z cū familia domini: quā proꝑ ter onera debitorum relinquere oportebat rura: z villas: z culturam domini: nisi debitū diminueretur. Tangit autem Rationē laudis: dicēs [q;] frequenter [filij huius seculi] hoc est: qui naturitates suas ad secularia lucra referūt [prudentiores] hoc est: prouidentiores. [sunt in generatione sua] hoc est inē suos consortes. Baruc. iij. Filij agar qui exquirunt prudentiā que de terra est: negociatores terre. [filijs lucis] hoc est: q̄ filij nati ad lucem eternā. Ephe. v. Ut filij lucis ambulate. Causa autez huius prudentie est. quia filij lucis non conuertunt industriā suā ad terrena. et ideo simplices sunt in terrenis prouidētib⁹. j. Corinth. vj. Secularia iudicia si habueritis: contemptibiles qui sunt in ecclesia illos cōstitute ad iudicandum. Contēptibiles autem dicitur illi: qui ad spiritualium dispensationem non sunt idonei. Nec in hoc detrahit viris spiritualibus. quia ipsi sunt melioribus dediti. Sicut nec detrahit herodio: quia de nocte non videt: cum de die videat lucem in rota solis. Nec laudatur vespertilio in hoc q̄ noctibus videt: cum de die lucem solis non videns cadat in terram. Tamen hoc est precipue q̄ Prelati nostri temporis viris spiritualibꝰ opponunt. Q̄ dicunt eos simplices esse ad temporalium dispensationē. Non attendētes q̄ Dauid non erat consuetus armis Saul: z tamen in armis

simplicitat; fue: funda scripture: z lapide solide veritatis prostrauit eum: quem docti ad prelium loricati z galeati inuadere non audebant

**Et ego vobis dico. Facite vobis amicos ō māmona iniq̄tatis: vt cum defeceritis: recipiant vos in eterna tabernacula.**

Accipit hic doctrinam iuxta inductam similitudinem. Facite vobis amicos. Pauperes: per elemosynam. z Subditos per debitorū subleuationem. ij. Lozinth. viij. Et equalitate sicut scriptū est. Qui multū: non abundauit. z qui modicū: nō minorauit. quia vestra abundantia illorum inopie sit supplementū. vt illorum abundantia vestrā futuram suppleat inopiam. Abundantia in presenti temporalium: suppleat defectum pauperū. Et abundantia pauperū in futuro in regno: suppleat defectum eorū qui nunc in presenti diuites esse videntur. Vos ergo facite vobis amicos. quia illorum erit regnum. Jacob. ij. Nonne pauperes elegit dominꝰ diuites in fide z heredes regni: quod repromisit deus diligentibꝰ se. De mammona iniq̄tatis. Māmon vt dicit Hg. grecismus vocatur diuitiarū: vel demon cui cōmissum est de diuitijs tentare. Sed māmona fra lingua vocantur diuitie. Que dicit iniquitatis. In on q̄ semper ex iniquo congregate sint. sed quia commisse a deo: sepe sint unique rerenet. hoc est inequaliter: z inequaliter diuise. De hoc ergo māmona: inequalitē vobis fiat que dei sunt: facite vobis amicos pauperes: onera eorum subleuando. vt cum defeceritis. a p̄senti vita. Psal. lxx. Cum defecerit virtus nostra: ne derelinquas nos domine. recipiant vos. sic ut domini regni. Mat. v. Vera fra. Beati mendici spiritu: quia vestrum est regnum celorū. Luce. Decimoseptimo. Factū est vt moreret mendicus: et portaretur ab angelis in sinum abrae. in eterna tabernacula. hoc est in eterna domicilia. Psal. O crucifixo quarto. Quā dilecta tabernacula tua domine virtutum cōcupiscit: z deficit anima mea in atria domini. Nume. Vicesimoqrto. Quā pulcra tabernacula tua Jacob: tentatoria tua israel. Apocal. Vicesimoprimo. Ecce tabernaculum dei cū hominibus: et habitabit cū illis. Esa. Tricesimoseptimo. Secessit populus meus in pulcritudine pacis: in tabernaculis fiducie: z in requie opulenta: In q̄bꝰ Rex regū in castris cū celi militibꝰ glat.

**q Vis fidelis ē in minimo: z in maiori fidel' est. et q̄ in modico iniquus est: et in maiori iniquꝰ est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis: quod verū est: quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis. quod vestrum est: quis dabit vobis?**

Hic incipit ponere Rationes ad id quod docuit per Doctrinam exemplare. Ponit autez Rationes a duabus comparationibꝰ sumptas. Primo enim sumit Comparationes ex ratione Maioris z minoris. Secūdo autem: ex Comparatione Contrarietatis. In Primo horum Duas facit cōparationes. A maiori: in comparatione ad minus sumptas. Primo enim comparat Modicum ad grande. z Secūdo comparat Alienū ad proprium. Et post ꝯ illas comparationes premisit de vera q̄ infidelitatem pharisei q̄ arguit. Premittit igitur generale prime comparatōnis principium. a quo etiam suū confirmat argumentū. Et est argumentatio ista logica. Qui fidelis est in minimo. Cum census vt dicit b. Bernar. non sit in crimine: sed affect⁹. Etiam in maiori fidelis est. Hoc enim ē probabile: z presumptione generat q̄ Justus delitis in quo: minꝰ p̄sumit se deprehēdi q̄ in magno. z ideo infidelitatē suam citius in hoc ostēdit. z consuescēs in paruo: tunc demū in magno incipit esse infidelis. Minimū autem est hoc presens temporale quod delectat. Et ideo qui in hoc infidelis est z fraudulentus: in magno: quod spirituale est: procul dubio semper erit infidelis. nec sibi est aliqualiter cōfidendū. quia spirituale pro temporali commutabit: sue cōsulens auaricie. Hoc ē igitur quod dicit. qui in minimo. j. Lozinth. vj. Temporale vocat minimū: dicente apostolo. Si in vobis iudicabit hic mundus: indigni estis qui de minimis iudicetis. Et ij ad Phil. iij. Temporalia reputauit sterecora. Que mihi fuerūt lucra: hec arbitratus sum vt sterecora: vt xp̄m lucrifacerē. Hec est etiam causa q̄ in petendo: hec sunt spiritualibus adiecta. Matth. vj. Querite regnum dei z iusticiā eius: z hec omnia adijcient vobis. Hec etiam est causa q̄ vocantur munera filiorum consubinarū. Gen. Vicesimo qnto. Filijs autem concubinarū largitus est munera. filio autem suo q̄ liberam vxorem dimisit hereditatē. Hec etiā ideo reputātur non bona simpliciter: sed bona huius vite ad iniquos pertinentia. Luc. Decimosexto. Fili recepisti bona in vita tua. z lazarus similiter mala. Vnde est etiaz q̄ in potestate sua reputat ea sathanas. Matth. iij. Hec omnia tibi dabo. si cadens adorueris me. Joannis. xiij. Venit enim princeps mundi huius: z in me nō habet quicq̄. Sic ergo vocantur minima. Quia Sicut in nullo genere est aliquid minus minimo. Ita i domo dei nihil est minus istis. Isti enim sunt quibꝰ minimū placet p̄o magno. Sicut dicit Eccl'iastici. xxx. Et in maiori fidelis est. hoc est: in Spirituali. Quod simpliciter magnū est. Nec p̄prie dicitur maius temporali annexo. Sed abusio est in Comparatiuo. quia Fidelis i paruo est: qui fidelis domino in paruo: in familia domini dispēsando. z ille etiam in spiritualibus dispensandis est fidelis. Beatus Bernardꝰ. Fidelis profecto minister eris: si devniuersa gla domini tui. essi trāseunte per tenibil manibus tuis adherere contingat. Matth. xxv. Euge serue bone z fidelis: q̄ in pauca fuisti fidelis: supra multa te cōstituam: intra in gaudium domini tui. Et q̄ in modico. Scda

comparatio. Modicum aut̃ vocatur hic: q̃ modicum est Jn Jure:z Jn valore. Jn Jure quidem: quia alienus est: z nobis non nisi cõmissum. Matth̃.xxv Tradidit illis bona sua:z dixit. Negociamini dum venio. Nobis ergo commissus ẽ vsus ad lucra: sed possessio ẽ domini. Ose.ij. Nec nesciuit quia ego dedi ei frumentũ vinum z oleũ: z argentũ z aurum multiplicauit eis: que fecerũt baal. Et ideo de male vtentibus post pauca dicit. Liberabo lanam meam z linum meũ: que operiebant ignominiã eius Modica etiam sunt in vaxore. Unde Ambrosius. Non sunt bona hominũ que secum portare nõ potest. Sola misericordia comes est defunctorũ. Et ideo bec omnia modica sunt z parua. [Qui autẽ] in hoc modico infidelis est. [sibi illud vsurpando z non familie dñi dispẽlando est fraudulentus:z Fur: z Cruda vulcera habens. De fraudulento autem dicit Ysaie. xxxij. Fraudulenti vasa pessima sunt. Ipse cõsultationes cõinnabit ad perdendos inites. Bas autem concinnat quando ea que sibi dispensanda tradita sunt in periculũ vite pauperũ sibi vsurpat. De Fure Ybdie Si fures introissent ad te. nonne furati essent sufficientia sibi. Joãis.x. Fur nõ venit nisi vt furetur. Psal.lxix. Si videbas furẽ: currebas cum eo. De Crudelitate dicit Ysaie.vj. Crudelis est z non miserek. Talis igitur in isto modico infidelis est [et iniquus] hoc est: non equus qui sibi totum: z familie domini sui nihil diuidit. Gene.xlij. Nõne si recte offeras: male autem diuidas peccasti: et in maiori] Hoc est: in spirituali simpliciter magno [iniquus est] dispensator. Et ideo illi non debet cõmitti dispensatio talũ: quia pro certo pro rẽporali illecrus z abstractus: male dispensabit. Unde Esaij. vbi loquit de infidelibꝫ z malis dispensatoribus: dicit. Principes tui infideles socij furum omnes diligũt munera sequuntur retributiones. Istis premissis generalibꝫ principijs: Concludit sub hypothesi iam certificata cõtra pharisecos. Dicit. Ergo si in iniquo mãmona] hoc est in diuitijs que sunt nõ equos. z ideo sunt abijciende. Nec ad veritatẽ vite pertinent. Quia cum Veritas vt dicit Anselmꝰ sit Rectitudo solamente perceptibilis: pro certo quod iniquum est: rectum nõ est. Et ideo veritati vite hominis nõ est consonum. Nec tamen est falsum bonũ: sed est apparens: vt hic z nũc: z non bonũ simpliciter in se. ergo est bona creatura. Gen.j. Vidit deus cuncta que fecerat: z erant valde bona. Jn vsu autem cũ non remaneant: non sunt vera bona: sed apparẽtia: z veritati vite nõ cõmensurata. sed per effectum in vsu sunt iniqua. Sapie.xiij. Creature in odiũ facte sunt: z in muscipulam pedibus insipientũ. Si ergo in illo sic iniquo O pharisei] fideles non fuistis] sed vobis illa attribuistis fraudat̃ pauperibus [quod verum est] hoc est de veritate vite: Sicut Spirituale ad vitam pertinens [quis credet vobis:] hoc est committet vobis. Hoc autem dixit dominus: quia omnia z legem z intellectum legis z traditiones: z vitam ipam pharisei conuerterũt ad lucrum. Et ideo digni fuerunt reprobatione q repellerent a cõmissione spũalium nouelegis. Matth̃.xxj. Auferetur a vob regnum: z dabitur genti facienti fructus eius. Ibidẽ. Malos male perdet: z vineam suam locabit alijs agricolis qui reddũt ei fructũ temporibus suis [Et si in alieno non fuistis fideles] Alienum est vt dr Beda quicqd seculi est. z est preter naturam. quia ad hoc non sumus nati: sed ad scientias z virtutes. Alienũ autem maxime fm intellectũ litere: est quod Legẽ z Sacramenta que sua nõ fuerũt: z traditiones z obseruantias vite z legis in magnũ onus z grauamen populi conuerterunt in instrumenta sue auaricie: Cum tamen hec sua nõ essent sed dei: z eis tm cõmissa. Hoc enim qõ ad vtilitatem populi dominꝰ promulgauit: ipsi in onꝰ populi ad lucra conuerterũt. Actuũ.xv. Ut quid tentatis imponere eis onus: quod neq; nos neq; patres nostri portare potuimus: [Quod vestrum est] sicut labor z opera z sudor in spũalibus bonis [quis dabit vobis:] Supple: dispẽsandũ. O.dr. Nullus. Nõ cũ essent ministri idonei. Jo fidelis apostolus gloriat sibi tãq; fideli creditum esse ministeriũ.ij. Corinth̃.iij. Qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti. Si autem aliquis esset ausus dicere: Omnia propter que dicit esse reprobandos ministros veteris testamẽti: videlicet in ministris noui testamẽti: Episcopis: z Sacerdotibꝫ: z Clericis inueniũtur. z per ea que dominꝰ reprobat: magis ac magis approbãtur. Et ideo timendũ est ne de eis dicat illud Malach.j. Non est mihi voluntas in vobis: z munus non suscipiã de manu vestra.

**Nemo seruus potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odiet: et alterum diliget. Aut vni adherebit: et alterũ cõtemnet: Nõ potestis deo seruire et mãmone.** D

Hic incipit Secunda cõparatio De ordine seruitutij ad deum vel ad lucrũ. Et est antipophora siue responsionis occulte: quã multi faciunt consolantes falsc semetipos. Volũt cũ deo seruire z lucris propterijs Dicentes: Utrunq; bene posse fieri.j. Corinth̃.vij. Qui cum vxore est cogitat que sunt mundi: z quomodo placeat vxori suc: z diuisus ẽ. Ita dicunt q partim sibi: partim deo possint seruire. Non attendẽtes q vxor debito suo sub dominio z ordinatione domini est. Et vbi vnũ est propẽ alterum: ibi vnũ est tm. Sed hoc habet q est verobiq; quia in superiori. sicut in ordinante: z inferiori sicut ordinato. Ita lex vxoris sub lege domini est. z ideo vna lex tm. Tamen ita dicebãt pharisei: q legem seruando domino seruire possent. Leges aut̃ ad lucra cõuertendo in votis: Sacramẽtis: z Penis: possent seruire sibi in lucris. Et ad hoc excludendum dicit dominus: generalem propositionem Primo premittens: z Deinde probationem eiusde sententie z explanationẽ subinferens. Cui sio ex ea contra pharisecos proposituz concludens.

Dicit ergo [Nemo] Et in hac positiõe innuit Indiuisibilitatẽ seruiẽtis: z Contrarietatẽ domiꝰ

noxus:z Seruitiū qō impendit. Indiuisibilitatē seruientis innuit per hoc qō dicit[ Nemo ]hoc ē: nullus indiuisibilis homo. Quia sicut dicit Philosophus. Eadem est ratio hominis z vni⁹ cuiuslibet hominis. Unū autem vt Idem dicat: est indiuisum in se:z diuisum ab alijs. Omīa em̄ vires hominis ad idem finē ordinem imperantis z imperati referūtur. Et ideo dicit.ij. Regum.xvij. Usquequo claudicatis in duas partes: Quia ad duas partes equo nullus indiuisus ire potest. Ecclesiastici.ij. Ue duplici corde labijs scelestis:z peccatori terram ingredienti duabus vijs. Nulla enim linea recta ad duo puncta in eandē partem terminatur. Neq; aliquis bos duo iuga portat simul. Neq; auis simul medit duobus nidis:suo z alterius speciei auis. Nec apis vna ducit ad duo alueraria simul. Sic ergo indiuisus nō seruit duobus. Osee.x. Diuisum est cor eorum:nunc interibūt. Non ergo hoc ex indiuiso z toto homie fieri potest[ duobus dominis ] Adiecit⁹ numerale suus respicit substantiaū ;ratione formē. z non ratione subiecti z materie. Et sic duo domini habent duo domina. Dualitas autem vt ōr Pythagoras in aritmeticis:principiū alteritatis est. Alteritas autē causat inconuenientiā: facit distantiā. z distantia inducit contrarietatē. Sicut dicit Ptolomeus. Ergo duo domini sunt duo (als oc)cōtrarijs dominijs. Et hoc est quod dicit glo. Duobus dominis contraria precipientibus. Si aūt essent duo: quoruz vnus esset sub altero: nō esset duo domini Sed vnus superior dominus:z alter minister eiusdem dominij. Et illis vt vni ab vno posset seruiri. Et ideo reprobant. De quibus dicit.iij. Regum.xvij. Erant gentes timentes deum: z nihilominus idolis seruientes Sopho.j. Disperdā eos qui iurant in domino:z iurant in melchon. Esai. xxviij. Coangustatū ē stratum: ita vt alter decidat pallium brevetūq; operire nō potest[ seruire ] Ecce Obsequiū. Seruire em̄ est seruiri: qui ꝓprius est. Et est actus per quem suam debitam z totam ostendit subiectionē. Et hic actus duobus dominis: de duobus dominijs exhiberi ab vno z eodē in vno tempore nō potest.j. Corinth.x. Non potestis mense domini participes esse:z mense demoniorū. Et ideo Esaias cum videret se esse destituū per idolatriā z mala opera:dominio domini dixit Esaie.lxiij. Facti sumus sicut a principio: cum nō dominareris nostri. Et cum iterū videret populus redire ad dominū dixit Esa.xxv). Domini possederunt nos absq; te:tm̄ in te. hoc ē:in tuo dominio: recordemur nominis tui. Hanc autē propositionem probat per explanationē: Inferēs de Affectu z de Opere. De Affectu ꝯdem dicit[ Aut enim vnum ]dominoꝝ [ odio habebit ]sicut diabolum:z lucrum. z mundū. z cōmodum proprū. Et tunc est vere ordinatus. Quia sicut dicit Joānis. xij. Qui odit animā suam in hoc mundo:in vitam eternam custodit eam. Tamē quia mām̄onem infra nominat qui demon est:dicit Augustin⁹ q; diabolus non potest esse dilectus: quia Ex semetipso inimicus ē:z depravatus z odibilis. Et ꝙuis ea que offert aliquando diliganf :ꝑ tamen nihil habet ꝓpter quod diligi possit. Habacuch.j. Horribilis z terribil est ex semetipo iudicij eius. Nec etiam nihil in se habet quo superponat vt dominet. Et ideo impropzie dicit dominꝰ. quia in veritate est tyrannus. Neq; supest alicui: sed hō summittit se diabolo absq; prepositōe diaboli. Esaie. xix. Tradam egyptū in manu dominoꝝ crudelē: z rex fortis dominabit eoꝝ. De his super Matthe. vj. disputatū inuentes. Ille ergo ē odio habitus[ et alterum diliget ]deum scz; quem nihil odire potest. quia Deus sonat principiū :dans cē z conservationem z gubernationē. Principiū nulla creatura odire potest: neq; per naturā: neq; per imaginationē: neq; per intellectum. Tamen qdaz deo attribuūtur. Sicut Judicem esse iniquitatū z Ultorez criminū: z huiusmodi. que scz odire potest qui diligit iniquitatē. Psal.lxxij. Superbia eorum qui te oderūt. hoc est:iudicium z iustitiam tuam oderūt: ascendit semper[ Aut vni ]ꝑ opus Ladherebit ]Pō.lxvi. Adhesit anima mea post te.j. Corinth.vj. Qui adheret deo vnus spiritꝰ est. Deus enim est cui adheret. Diabolo autem nullꝰ adherer. quia Odium z Ira vt dicit Empedocles: sunt causa separatiōis z diuisiōis z pugne. Quāobrem ergo adhereat bono cōmutabili quod offert tamē nullus sibi adheret. Gene.xxxiij. Sichem filio meo adhesit anima filie vestre. Nec autem adhesio fuit ratione fornicatiōis in concupiscētia carnali. Hoc est igitur quod dicit[ Et alterum cōtemnet ] hoc est diabolum. Esaie.xxxviij. Desperjt te:subsannabit te ꝙ filia sion. post te mouebit caput filia hierusalem[ Non potestis ]Conclusio est ex predicti. Q. di. Ergo nō potestis[ deo seruire et mām̄one ] Et sic credula est ratio vestra. Quibus autem dicuntur esse multe rationes. Quarū Prima z potissima est. quia Deus ō bonis ab eo collatis vult sibi fuiri dispergēdo. Psal. xxj. Disperfit dedit pauperibus:iustitia eius manet in seculuz seculi. Mammon autem sibi seruiri vult colligēdo. Luce.xij. Destruam horrea mea: z maiora faciam. z illuc cōgregabo fructus meos z ea que nata sunt mihi. Exod.v. Dispersus est populus meus ad colligendas paleas. Secunda ratio est. quia In contrarijs sunt exercitia istorum seruitioꝝ. Dei enim seruitium est in exercitio virtutum. Luc.j. In sanctitate z iustitia coram ipso. Et premittit Seruiam⁹ illi. Psal.ij. Seruite domino i timore:z exultate ei cum tremore. Mām̄onis autem seruitiū est in exercitio vitioꝝ. Luc.xv. Adhesit vni ciuium regionis illius: qui misit eum villam vt pascos pasceret. hoc ē vicia. Tertia ratio est. quia Dei seruitiū est in cultu dī. Mām̄on autem vult idolatriam.ij. Corinth.vj. Que ꝙuenitio christi ad belial:aut que cōmunicatio rēplo dei cum idolis? aut que societas lucis ad tenebras? aut que pars fidelis cū infideli? Omnia enim contraria his in cultu vult deus. Sicut eedem ꝑdant autoritates. Dan.iij. Precipit mām̄on Rex Nabuchodonosoz fecit statuam auream grandem: z preconis voce clamari fecit. Siquis non adoauerit statuam mittetur in fornacem ignis ardentis. Econtra Deutero.xij. precipit deus Dissipate aras

subiecum

eorum: ꝛ confringite statuas. Quarta ratio est. qz Unus stare cum altero non potest. Et ideo .j. Reg. xv. Dagon corruit coram arca domini truncas ꝙ tus manus ꝛ pedes. Quinta rō est. qz Oculatos ante ꝛ retro ministros exigit dñs. Apoc. iiij. ꝛ Eze. j. Sed Mammon vult ministris suis eruī oculos dexteros. j. Regum. xj. In hoc feriam vobiscū fe dus: si omnium vestrum eruam oculos dextros. Septa ratio est. quia Uterqz vult habere totum tempus ad seruiendum sibi. Māmon quidem sic cut dicitur Hiereiē. Decimoseptō. Seruiet dñs alienis qui non dabunt vobis requiem die ac no cte. Deus autem sicut dicit Luce. j. In sanctitate ꝛ iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Nec est ergo causa ꝙ dicit. Non potestis deo seruire ꝛ mammone: quia Omia ꝛ Legem ꝛ Sacramenta ꝛ Judicia ꝛ Traditiones ꝛ Ritam: rector querc ad mammonā ꝛ ad deū est impossibile

**a** Udiebant autem omnia hec pharisei qui erāt auari et de/ridebant illum

Hic tangit Qualiter per obdurationes cordis ad pauperes aliquis reprobatur. Et dicuntur in hac parte Quinq. Quorū Primum Unde occa/sionem sumit: duricia est pharisęoz. ꝛ ideo repro bandorum. Secundū autem Obiurgatio duri/cie eorum. Tertium autem Quia in lege gloria/bantur: ostensio ꝙ gloria quam habebant in lege sublata sit de medio. Quia autem et hoc crederet aliquis ꝙ omnia natura transirent: oñdit. Quar to ꝙ Lex spiritualiter non transit: sed semper im/plerur. Quintum vero: ꝙ maxima duricia phari/sęoz fuit in libello repudij. Nunc enim legem ma xime conuertebāt ad lucrum. Ideo loquitur in fi ne de illa. Et ostendit Qualiter pharisei illa lege: cō tra miserecordiam propter lucrum abutebantur.

Dicit igitur de Primo. [Audiebant autez] aure exteriori [hec omia pharisei] Esa. vj. Au/ditu audietis: ꝛ non intelligetis. excca cor popu/li huius Psal. Zures habent ꝛ non audient. [qui erant auari] Et ideo terrenorum appetitu: obs/tructum habebant auditum. Zuarus autem ni hil audit nisi terrena. Esai. Uicesimooctauo. Erit quasi phitonis vox tua: ꝛ de humo musitabit elo quium tuū. De Zuaricia āt dicitur Ecclīastici. x. Zuaro enim nihil est scelestius. Nic enim ꝛ aiam suam venalem habet: proiecit enim in vita sua in/tima sua. Prouerbioꝝ. Uicesimooctauo. Qui co acervat diuitias vsuris ꝛ fenore liberali: in paupe res. hoc est: cōtra pauperes: cōgregat. quia paupe res ex hoc deprimūtur. quia vsuris opprimuntur. Zuaricia enim est idolorum seruitus. Ephe. v. Et est radix omniū malorum cupiditas. j. Timoth. vj. Et ideo sermonem dei accipere non potuerunt Joannis. viij. Sermo meus non capit in vobis. Si ergo intus non audiēres [deridebant eū] reputātes stulticiam quod dicebatur Ecclīastici. xxj. Uerbū sapiens quodcunqz audierit sanus: lau dabit ꝛ adijcet: audiuit luxuriosus ꝛ displicebit sibi ꝛ proijcet illū post dorsum suum. Job. xxj. De/ridebatur iusti simplicitas: lampas contempta apꝰ cogitatiōes diuitum: parata in tempus staturū. Bene. Decimonono. Uidebatur eis quasi ludēs loqui.

**Et ait illis Uos estis qui iusti/ficatis vos coram hominib⁹. de/us autem nouit corda vestra. Qz quod hominib⁹ altum est: abomi/natio est ante deum**

[Et ait illis] obiurgando eos. ij. Timo. iiij. Ar/gue: obsecra: increpa: in omni patiētia ꝛ doctrina. R Erit enim tempus cū sanam doctrinam non susti nebunt. sed ad sua desideria coacervabūt sibi ma/gistros pruriētes auribus: ꝛ a veritate quidem auditum auertent. [vos estis] Tria dicit in hac obiurgatione. Primo enim imꝓperat Simu/latam iusticiam. Scōo autē Ueram in corde im/mundiciam. Tertio: Iusticie humane coram deo abominationem. De Primo dicat [Uos estis] illi. [qui iustificatis vos] hoc est iustos vos pō/dicatis [coram hominibus] Mat. vj. Attēn/dite ne iusticiā vram faciat coꝝ hoibus vt videami ni ab ab eis. Ideo Mat. xxiij. dicūt sīles sepulcr dealbat. Rho. x. Ignorātes dī iusticiā ꝛ suā q̄ren tes statuere: iusticie dei non sūt subiecti. Pō. iij. Lō fusi sē qui hominib⁹ placēt: qm dēspexit eos. qa hoies nō vident nisi exteriora. [deus aūt nouit corda vestra] q̄ rapina plena sūt ꝛ imūditijs. j. Reg. xvj. Hoies vident q parent. deus aūt intuet cor. Prouer. xvj. Spirituū pōderator ē dñs Nec autem displicent deo sic vita. Esa. lix. Uidit dñs ꝛ malū apparuit in oculis eius: qz nō est iudiciū ꝛ apoꝛ riat⁹ ē [qz qō hoibus altū est] ꝺ ē: qō reputāt hoies altā iusticiā ꝛ magnā sanctitatē. qz deceptū sē freqnter. Sepe eīi būanū fallit iudiciū [hoc est abomīabile apd deū] qz Noc est sīe dr Mat. xij. q̄ sepē neḡotes veniūt ad tēs simulatores: ꝛ ingressi habitāt ibi: ꝛ fiūt nouissima hois illi⁹ pe/iora prioribꝰ. j. Loꝝ. iij. Sapia hui⁹ mūdi stulticia est apud deū. Prouer. xvj. Abomīatio est dñi oīs arrogās. Esa. ij. Incuruabit altitudo virozꝝ: exal/tabit⁹ aūt dñs sol⁹ Proū. xj. Ubi būilitas ibi sapia. Jaco. iiij. Deus superbis resistit: būilibꝰ aūt dat gr̄az.

**Lex et pphete vsqz ad ioannē. ex eo enim regnū dei euangelizat: et omnis in illud vim facit**

Ecce Tertiū. Acsi dicat Uos gliamī i lege ꝛ p le gis falsā sapiam ꝛ carnalē obꝺuatōs putatis vos semp fore in gl̄ia ꝛ lucro. Sed sciatis ꝙ alius sta/tus incipit: ꝛ alij erunt ministri ꝛ dispēsatores. qa [lex] ꝺ est status legis. [et pphete] ꝺ est stat⁹ pbie nō fuit nisi [vsqz ad ioannē] Stat⁹ ei leꝝ gis vsqz ad ioānē fuit: q̄ promissū in lege digito dei mōstrauit. Et extunc incepit nouę legis Sacra/manifestarī obseruari. Sīē Baptism⁹: q̄ fundas mentū ꝛ ianua est Sacroꝝ: ꝛ alia sīlia. Et paula/tim lex incipiebat mori ꝛ ad tumulus deduci: do nec post christi Passionē ꝛ Ascensionē et Apl̄oꝝ

predicationē lex mortifera facta fuit. z nō tm̄ mor/
tuus. Hiere.xxxj. z Heb.ix. Dabo eis testm̄ nouū
ñ ex testm̄ qđ dedi pūdo eor. Mat.xxvj Hic calix
nouū testamentū est in meo sanguine. Prophe
te enā fuerūt post christū: Sicut Agabus :z filie
Philippi. Sed nō erant ꝓphete vētura sacramē/
ta pnūciātes: Sed ventura quedā alia. z illi non
proprie prophete dicunt. Usq; ergo ad Joannes
qui digito hec omnia demōstrauit: cuciurne vm/
bra: Veniente aut veritate: vmbra cessauit. Jo.
j. Lex p Moysen data est: gratia z veritas per ie/
sum christū facta est. Mat.xj. Omnes enī ꝓphe/
te z lex vsq; ad Joannē ꝓphetauerūt [ex eo] ꝫ ēt
ex Joanne: Ita q̄ ꝓpositio notet ordinē tempo/.
z nō materiā: Sicut cum dicimus. Ex mane fit
meridies. Matth xj. Et dieb̄ Joannis regnum
dei euāgelizat. Et hoc est quod dicit :ex eo [Re/
gnum dei] hoc est: iusticia ꝓfecta que deo place
z nō ē cōā hominib̄ tm̄ [euangelizatur] hoc
est: pdicatur Matth.ix. Circūibat Jesus ciuita/
tes z castella docens et pdicans euangeliū regni
Hoc est enī regnum de quo sepe diximus: iusti/
cia dei. de qua dicit Matth.v. Nisi abundaue/
rit iusticia vestra pl⁹ q̄ scribar. z pharisеor: non
intrabitis in regnū celorū. Matth.vj. Primuz
querite regnū dei z iusticiā eius [z omnis vim
2 facit illud] Matth xj. Et violenti rapiūt illū.
quia vi virtutis et gracie iam rapitur regnū celo/
rum: nr non p̄ obseruantiam phariseorum z legis

Et attende q̄ cum dicitur Lex cessare: non di/
citur cessare: nisi fm ea que sunt legis. Moza/
lia autem non sunt legis: sed naturalis iusticie.
Et ideo in ea que fuerunt in obseruantijs exteri/
oribus (que mores bonos ꝓtendūt z pulcri/
tudinē virtutis) nō cessant. Sicut Thurificatio
z Uestes sacerdotū z leuitarū: z Ornatus eccle.
Illa enī idem significāt apud nos quod apud il
los. Et significant q̄ semp est faciendū. Et ideo
semp sunt tenenda. Et q̄ctum ad hoc dicit religio
ppetua. Exod.xxj.z.xxix z Leui.vij.z.xv. Sic enīz
verū est quod dicit Matth.v. Jota vnū aut vn⁹
apex nō ꝓteribit a lege donec omnia fiant. De vio
lentia autez facientibus regno dicit Esa.xl. Qui
sperant in dño mutabunt fortitudinē: assument
pennas vt aquile: volabunt z nō deficient. Sūt
tamen vt dicit b̄tus Beriō. Quattuor genera ho
norum qui regnū celorū adquirūt. Alij nāq; vio
lenter rapiunt. Alij mercant. et Alij furant. et Alij
compelluntur ad illud. Uolenter quidē rapiūt
perfectione virtutis armati :in perfectōe apostoli/
ca: relinquentes omnia: z cū ch̄o sic obtinentes.
Quib̄ dicit Genes.xxxij. Si cōtra deum fortis
fuisti: quāto magis contra homies ꝓualebis z
Osee.xij. In fortitudine sua direct⁹ ē: cum angelo
ꝓeualuit ad angelū et confortatus est. Mercan
tur autē qui datis temporalibus in ꝑsenti pau/
peribus: quorū regnū dei est: in futuro abeūdez
regnum recipiūt. Luce.xvj. Facite vobis amicos
de māmona iniquitatis: vt cum defeceritis reci/
piant vos in eterna tabernacula. Furantur autez
qui bona faciūt occulte: laudē humanā vitantes
solo dei testimonio contenti. Et hi significantur
per latronē pendentē a dextris. Luce.xxiij. Amen
dico tibi: hodie mecum eris i paradiso. Compel/
luntur autē qui in firmitatib̄ z paupertate arcen
tur ad regnum. Luce.xiiij. Compelle intrare vt im/
pleatur domus mea.

## Facilius est autem celum z terram ꝓterire: q̄ de lege vnū apicem cadere.

Quartū est Ubi innuit Legis spūalis (al's spi/
ritualem) intellectum. quia fm illam (al's illum)
necesse est legem impleri: z non transire sed mane
re. Matth. Uicesimo q̄rto. Celum z terra transi/
bunt: verba autem mea non transibūt. ꝑs. cxviij.
In eternū domine permanet verbum tuum. Nec
enim nunq̄ transibunt. Esaie.lv. Uerbum quod
egredietur de ore meo non reuertet ad me vacuū.
Sic ergo dicit q̄ de lege vnū apicem] Apex
est summitas quelitere apponit magis rōne dei/
cotis q̄ q̄ sit de substātia littere. Et est Acsi dicat
q̄ nec minimū quid de lege trāsibit. Matth.xxiij.
Celum z terra transibūt: verba autē mea nō trāsi/
bunt. Esaie.li. Celi sicut fumus liquescent: z terra
sicut vestimentū atteret. Salus autez mea in sem
piternū erit: z iusticia mea non deficiet

## Omnis qui dimittit vxorem suam: et alteram ducit: mechatur. et qui dimissam a viro ducit: mechatur.

Hoc est Quintum: quod maxime conuertebāt
in questum. quia semper querebant occasiones vt
facerent diuorcium per libellū repudij. Quia po/
pulus timēs dabat conantur pecunias: ne vxores
a viris: z matres a filijs separarentur. Et ideo hoc
spiritualiter induxit de legevbi loquit de auaricia
phariseorum. Dicit autem Duo. Unū quidez Ex
parte viri: vxorem dimittentis. Aliud autem: Ex
parte mulieris dimisse. Ex parte quidem viri di/
citur Matth. Decimonono. q̄ propter duriciam
cordis eorū Moyses permisit eis dare libellum
repudij. Et non quia iustū fuerit: sed ne peius ali/
